" terpellat, turbaſque dat et " percellit, obſtatque quo mi- " nus veritatem cernamus. I- " taque revera demonſtrat Pla- " to, quod ſi aliquando volu- " mus pure aliquid cognoſ- " cere, corpus exuendum ſit " ipſoque per ſe animo res in- " tuendæ, ita demum conſe- " quemur quam expetimus, " et cujus amatores nos eſſe " profitemur ſapientiam: eam " autem ratio docet non vi- " ventibus, ſed mortuis nobis " adfuturam. Si enim fieri " non poteſt ut corpore præ- " diti quicquam ſincere cog- " noſcamus, alterum horum " ſit neceſſe eſt, ut aut nun- " quam, aut mortui ſcientiæ " ſiamus compotes: tunc enim " ipſe ſecum erit animus a " corpore ſeparatus, non ante: " ac dum vivimus, quam fieri " poteſt proxime ad ſcientiam " accedemus, ſi nihil cum cor- " pore rei habeamus quatenus " omnino licet, neque cum eo " quicquam niſi ſumma ur- " gente neceſſitate communi- " cemus, neque contagio ejus " naturæ nos oppleamus, ſed

φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτῆς, ἕως ἂν ὁ θεὸς D αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς· καὶ οὕτως μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης, ὡς τὸ εἰκὸς, μετὰ τοιούτων ἐσόμεθα, δι' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινὲς ὁρῶντες, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀληθές· μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Ὥστε εἰ καὶ προσέοικε μετάγειν τινὰ εἰς ἕτερον τόπον ὁ θάνατος, οὐκ ἔστι κακόν· μή ποτε γὰρ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀναφαίνηται, καθάπερ ἀπέδειξεν ὁ Πλάτων. Διὸ καὶ πάνυ δαιμονίως ὁ Σωκράτης πρὸς τοὺς δικαστὰς τοιαῦτ' ἔφη, Τὸ γὰρ δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, τὸν θάνατον, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι E μὴ ὄντα· δοκεῖν γὰρ εἰδέναι ἐστὶν ἃ οὐκ οἶδεν· οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον, οὐδ' εἰ τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ μέγιστον ὂν πάντων τῶν ἀγαθῶν· δεδίασι δὲ ὡς εὖ εἰδότες ὅτι τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστιν. Οὐκ ἀπᾴδειν δὲ τούτων ἔοικεν οὐδ' ὁ εἰπὼν,

Μηδεὶς φοβείσθω θάνατον ἀπόλυσιν πόνων,

ἀλλὰ καὶ κακῶν τῶν μεγίστων.

E. 6. ἀλλὰ καὶ κακῶν κ.τ.λ.] Xylander, ut proſaicum, ab antecedente verſu

“ ab ea puros nos conſerve-“ mus, donec ipſe nos Deus “ eo exſolvet: tum demum “ puri, et ſtultitia corporea ex-“ onerati cum diis erimus, om-“ nia nobis ipſis ſincera cer-“ nentes, ſcilicet ipſam veri-“ tatem. Nefas enim eſt pu-“ rum ab impuro contingi.” Quare etiamſi ad alium locum mors nos traducat, malum non eſt, adeoque bonum potius, ſicut Plato demonſtravit. Itaque divinitus omnino dicta mihi hæc videntur a Socrate ad judices: Mortem metuere, aliud nihil eſt, quam falſo putare ſe ſapere. Qui enim mortem metuit, videtur ſibi ſcire quod ignorat: ſcit enim nemo, an mors ſit omnium quæ homini contingere poſſunt bonorum maximum: metuunt autem eam, quaſi certo ſciant eſſe ſummum malum. Nihil ab his diſcrepare videtur qui dixit hæc,

Nemo metuat mortem, laborum terminum.

illa vero malis etiam maximis nos ſolvit.

ιδ'. Λέγεται δὲ τούτοις μαρτυρεῖν καὶ τὸ θεῖον. Πολλοὺς γὰρ παρειλήφαμεν δι' εὐσέβειαν παρὰ θεῶν ταύτης τυχόντας τῆς δωρεᾶς· ὧν τοὺς μὲν ἄλλους, φειδόμενος τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος, ἀπολείψω· μνησθήσομαι δὲ τῶν ὄντων ἐμφανεστάτων καὶ πᾶσι διὰ στόματος. Πρῶτα δή σοι τὰ περὶ Κλέοβιν καὶ Βίτωνα τοὺς Ἀρ- F
γείους νεανίσκους διηγήσομαι. Φασὶ γάρ, τῆς μητρὸς αὐτῶν ἱερείας οὔσης τῆς Ἥρας, ἐπειδὴ τῆς εἰς τὸν νεὼν ἀναβάσεως ἧκεν ὁ καιρὸς, τῶν ἑλκόντων τὴν ἀπήνην ἡμιόνων ὑστερησάντων, καὶ τῆς ὥρας ἐπειγούσης, τούτους ὑποδύντας ὑπὸ τὴν ἀπήνην, ἀγαγεῖν εἰς τὸ ἱερὸν τὴν μητέρα· τὴν δ' ὑπερησθεῖσαν τῇ τῶν υἱῶν εὐσεβείᾳ, κατεύξασθαι τὸ κράτιστον αὐτοῖς παρὰ τῆς θεοῦ δοθῆναι τῶν ἐν ἀνθρώποις· τοὺς δὲ κατακοιμηθέντας μηκέτι ἀναστῆναι, τῆς θεοῦ τὸν θάνατον αὐτοῖς τῆς εὐσεβείας ἀμοιβὴν δωρησαμένης. Καὶ περὶ Ἀγαμήδους δὲ καὶ Τρο- 109

disjungit. Mihi continuatum antecedentibus videtur ita Ἴαμα τ' αὖ κακῶν μέγιστον—.

L. 10. συμμετρίας] Reſtitui ex Ald. Baſ. Xyl. B. C. D. E. N. Z. Venet. Voſſ. Perizon. At Stephanus ἀμετρίας cum Pol. Infra eandem induxit permutationem.

XIV. His teſtimonium ferre dicuntur etiam dii. Multos enim accepimus pietatis ergo id muneris a diis conſecutos: quorum reliquis ob modum commentarii præteritis, eos duntaxat commemorabo qui ſunt maxime illuſtres, et in ore omnium verſantur. Primoque tibi loco referam, quid Bitoni et Cleobi uſuvenerit, adoleſcentibus Argivis. Hos ferunt, cum mater ipſorum ſacerdos eſſet Junonis, ac inſtante momento temporis quo adſcendere ad fanum debebat, mulique vehiculum trahere ſoliti tardius venirent, ſubiviſſe ipſos vehiculum, matrem que ad templum pervexiſſe: eam vero majorem in modum delectatam filiorum pietate, a dea flagitaſſe hoc illis ut largiretur, quod eſſet hominibus optimum: ibi eos in ſomnum ſolutos nunquam evigilaſſe, dea pietatem ipſorum morte ut prœmio compenſante. Porro de Agamede et Trophonio Pindarus ſcribit, eos

φανίου φησὶ Πίνδαρος, τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς οἰκοδομήσαντας, αἰτεῖν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος μισθόν· τὸν δ᾽ αὐτοῖς ἐπαγγείλασθαι εἰς ἑβδόμην ἡμέραν ἀποδώσειν, ἐν τοσούτῳ δ᾽ εὐωχεῖσθαι παρακελεύσασθαι, τοὺς δὲ, ποιήσαντας τὸ προσταχθὲν, τῇ ἑβδόμῃ νυκτὶ κατακοιμηθέντας τελευτῆσαι. Λέγεται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Πινδάρῳ ἐπισκήψαντι τοῖς παρὰ τῶν Βοιωτῶν πεμφθεῖσιν εἰς θεοῦ, πυθέσθαι τί ἄριστόν ἐστιν ἀνθρώποις, ἀποκρίνασθαι τὴν πρό-
B μαντιν ὅτι οὐδ᾽ αὐτὸς ἀγνοεῖ, εἴ γε τὰ γραφέντα περὶ Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους, ἐκείνου ἐστίν· εἰ δὲ καὶ πειραθῆναι βούλεται, μετ᾽ οὐ πολὺ ἔσεσθαι αὐτῷ πρόδηλον· καὶ οὕτω πυθόμενον τὸν Πίνδαρον, συλλογίζεσθαι τὰ πρὸς τὸν θάνατον· διελθόντος δ᾽ ὀλίγου χρόνου, τελευτῆσαι. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἰταλὸν Εὐθύνοον τοιαῦτά φασι γενέσθαι· εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν Ἠλισίου πατρὸς τοῦ Τεριναίου, τῶν ἐκεῖ πρώτου καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ, τελευτῆσαι δ᾽ ἐξαπίνης αἰτίᾳ τινὶ ἀδήλῳ· τὸν οὖν Ἠλίσιον

cum templum Delphis ædificaſſent, ab Apolline mercedem poſtulaſſe: reſponſumque fuiſſe, fore ut eam ſeptima die reciperent, juſſoſque interea genio indulgere, obtemperaſſe eos, ſeptimaque nocte ſopitos, vitæ extremum diem eum habuiſſe. Ferunt autem ipſum Pindarum, cum mandaſſet his, qui ad oraculum ſcitandum communi Bœotorum nomine miſſi erant, ut interrogarent quidnam optimum eſſet homini, hoc ab antiſtita reſponſi tuliſſe, Ne ipſum quidem id ignorare, ſiquidem autor eſſet ſcriptorum de Trophonio et Agamede: ſi tamen experiri velit, non multo poſt tempore rem ipſi fore perſpicuam: itaque Pindarum his auditis, ad mortem ſe comparaſſe, et paulo poſt vivendi finem feciſſe. Jam de Euthynoo Italo talis hiſtoria fertur, Mortuum eſſe eum ſubito, nulla cauſa cognita calamitatis. Ibi tum Elyſio patri (qui hanc unicam prolem habuiſſet divitiarum et opum ampliſſimarum hæredem, vir inter populares ſuos Terinæos

εἰσελθεῖν, ὅπερ ἴσως κἂν ἄλλον εἰσῆλθε, μή ποτ' ἐν
φαρμάκοις ἀπολωλώς· τοῦτον γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ, ἐπ'
οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν· ἀποροῦντα δὲ ὅτῳ τρόπῳ C
βάσανον λάβοι τούτων, ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον,
προθυσάμενον δὲ, ὡς νόμος, ἐγκοιμᾶσθαι, καὶ ἰδεῖν ὄψιν
τοιάνδε· δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τοῦ ἑαυτοῦ· ἰδόντα
δὲ, διεξέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τύχης τῆς κατὰ τὸν
υἱόν, καὶ ἀντιβολεῖν τε καὶ δεῖσθαι, συνεξευρεῖν τὸν αἴτιον
τοῦ θανάτου, καὶ τὸν, ἐπὶ τούτῳ ἥκω, φάναι· ἀλλὰ δέξαι
παρὰ τοῦδε ἅ σοι φέρει, ἐκ γὰρ τούτων ἅπαντ' εἴσῃ ὧν
περὶ λυπῇ. εἶναι δ' ὃν ἐσήμαινε, νεανίσκον ἑπόμενον αὐτῷ,
ἐμφερῆ τε τῷ υἱῷ, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τε καὶ τὰ τῆς ἡλι- D
κίας ἐγγύς· ἔρεσθαι οὖν ὅστις εἴη, καὶ τὸν φάναι, δαίμων
τοῦ υἱέος σου· καὶ οὕτω δὴ, ὀρέξαι οἱ γραμματίδιον·
ἀνειλήσαντα οὖν αὐτὸ, ἰδεῖν ἐγγεγραμμένα τρία ταῦτα,

Ἦρου νήπιε ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν,

B. 11. τοῦτον] Sic A. B. N. Z. Voſſ. T. V. Xyl. Mez. Vulgo τοῦτο.
D. 5. Ἦρυ νήπιε ἠλίθιοι] Ita Stephanus dedit, quocum unus E. conſentit, quippe ex quo nil varietatis annotatum. Pro ἠλίθιοι habent Ἠλίσιοι Ald. Baſ.

virtute, fortunis, gloriaque primus) incidiſſe ſuſpicionem hanc, fortaſſis veneno necatum eſſe filium: quod cum quomodo exploraret certum non videret, veniſſe in Pſychomanteum, ſacriſque, ut erat in legibus, operatum indormiviſſe loco. Tum ſibi per quietem tale fuiſſe viſum oblatum. Venire ad ſe patrem ſuum, et abs ſe fuiſſe narrato filii caſu magnopere oratum, ut in cauſa mortis invenienda ſe adjuvaret: reſpondiſſe patrem, Equidem in hoc adſum, ſed ab iſthoc accipe quæ tibi adfert, inde enim omnia cognoſces propter quæ mœres: quem vero pater indicabat, plane Euthynoi fuiſſe ſtatura et annis, ut apparebat, ſimilem: interrogatumque quis eſſet, retuliſſe hæc: Genius ſum filii tui: ſimulque porrexiſſe codicillos, quibus evolutis Elyſius tres hos verſus invenerit intus exaratos,

Ignaris homines in vita mentibus errant,

Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.
Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γονεῦσι.

Τοιαῦτα δή σοι καὶ τὰ τῶν διηγημάτων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἀναγεγραμμένων.

E ιε΄. Εἴγε μὴν ὁ θάνατος τελεία τίς ἐστι φθορὰ καὶ διάλυσις τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς· τὸ τρίτον γὰρ ἦν τοῦτο τῆς Σωκρατικῆς εἰκασίας· οὐδ᾽ οὕτω κακόν ἐστιν ὁ θάνατος. Ἀναισθησία γάρ τις κατ᾽ αὐτὸν γίγνεται, καὶ πάσης ἀπαλλαγὴ λύπης καὶ φροντίδος. Ὥσπερ γὰρ οὔτ᾽ ἀγαθὸν ἡμῖν ἔπεστιν, οὕτως οὐδὲ κακόν· περὶ γὰρ τὸ ὂν καὶ τὸ ὑφεστηκὸς, καθάπερ τὸ ἀγαθὸν πέφυκε γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ κακόν· περὶ δὲ τὸ μὴ ὂν, ἀλλ᾽ ἠρμένον ἐκ τῶν ὄντων, οὐδ᾽ ἕτερον τούτων ὑπάρχει. Εἰς τὴν αὐτὴν οὖν τάξιν οἱ τελευτήσαντες καθίστανται
F τῇ πρὸ τῆς γενέσεως. Ὥσπερ οὖν οὐθὲν ἡμῖν ἦν πρὸ τῆς γενέσεως οὔτ᾽ ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν, οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν τελευ-

N. Venet. Voſſ. Ἠλύσια A. B. C. D. Z. Perizon. Xyl. Puto veram lectionem eſſe Ἦ σευ νήπια Ἠλύσι᾽ ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν, ac ſic habent Junius et Mez. Porro, φρένες item Stephani eſt ex Collat. Muret. et ita A. E. At φρένας Ald. Baſ. Xyl. B. C. D. Z. N. Venet. Voſſ. Perizon.

E. 6. ἔπεστιν] Malim, ut Mez. ἔτ᾽ ἐστιν.

Euthynous potitur fatorum munere læto:
Sic fuit utilius finiri ipſique tibique.

Tales ſunt narrationes hac de re ab antiquis perſcriptæ.

XV. Denique ſi mors perfectus eſt interitus et diſſipatio corporis animique (ea enim tertia pars fuit Socraticæ comparationis) ne ſic quidem mors in malis numerari poterit: omnium namque ſenſuum privationem gigneret, omnique nos dolore et ſolicitudine liberaret: et ut nullum bonum, ita ne malum quidem ullum porro nobis adeſſet: ut enim bonum, ita etiam eodem pacto malum neceſſe eſt rei alicui quæ ſit et ſubſiſtat inhærere: quod nihil eſt, et e rerum natura ſublatum, ei neutrum horum adeſt. Ergo mortui ad eam redeunt conditionem, qua ante ortum ſuum fuerunt: ut ſicut nondum natis nobis neque bene fuit neque male, ita neque poſt mortem ſit futurum: ac

τήν. Καὶ καθάπερ τὰ πρὸ ἡμῶν οὐδὲν ἦν πρὸς ἡμᾶς, οὕτως οὐδὲ τὰ μεθ' ἡμᾶς οὐδὲν ἔσται πρὸς ἡμᾶς.

Ἄλγος γὰρ ὄντως οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ·
Τὸ γὰρ μὴ γενέσθαι, τῷ θανεῖν ἴσον λέγω.

Ἡ γὰρ αὐτὴ κατάστασίς ἐστι τῇ πρὸ τῆς γενέσεως ἡ μετὰ τὴν τελευτήν. Ἀλλ' οἴει σὺ διαφορὰν εἶναι μὴ γενέσθαι, ἢ γενόμενον ἀπογενέσθαι; Εἰ μὴ καὶ τῆς οἰκίας καὶ τῆς ἐσθῆτος ἡμῶν μετὰ τὴν διαφθορὰν, ὑπολαμβάνεις τινὰ διαφορὰν εἶναι πρὸς τὸν ὃν οὐδέπω κατεσκευάσθη χρόνον. Εἰ δ' ἐπὶ τούτων οὐδέν ἐστι, δῆλον ὡς οὐδ' ἐπὶ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν πρὸ τῆς γενέσεως κατάστασιν ἔστι διαφορά. Χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Ἀρκεσιλάου, Τοῦτο, φησὶ, τὸ λεγόμενον κακὸν ὁ θάνατος, μόνον τῶν ἄλλων τῶν νενομισμένων κακῶν, παρὸν μὲν οὐδένα

F. 6. ὄντως] Plutarchi eſt qui hac formula ſignificare ſolet, ſe Auctoris cujuſdam ſententiam adſerre. Æſchyli ex Philoctete eſt ap. Stob. Grot. p. 493. Geſner. p. 602. Item proximum γὰρ a Plutarcho additum.

F. 12. κατεσκευάσθη] Sic Xyl. E. N. Z. Venet. Voſſ. Perizon. Κατεσκευάσθαι Ald. Baſ. vitioſe. Κατεσκευάσαι Steph. et reliqui noſtri codices.

quomodo ad nos nihil attinebant quæ ortum præceſſerunt noſtrum: ita etiam quæ finem ſubſequentur noſtrum, nihil noſtra referent.

Etenim dolor revera haud tangit mortuos:
Quia
Idem puto eſſe prorſus non naſci, et mori.

Eadem enim eſt conditio poſt mortem, quæ fuit ante ortum. Niſi fortaſſe ſtatuis differentiam aliquam inter non eſſe ortum, et deſinere eſſe: quo autem id pacto, niſi aliam putas rationem eſſe domus aut veſtis nobis vita defunctis, quam fuit eo tempore, quo nondum erant iſta parata: quod ſi in his diſcrimen nullum ſit, ſatis eſt manifeſtum nullam etiam eſſe ſtatus ante ortum a ſtatu poſt obitum diverſitatem. Elegans eſt Arceſilai dictum, *Mors quæ mali nomine cenſetur, hoc unum habet peculiare ex omnibus quæ mala judicantur, quod præſens neminem un-*

πώποτ' ἐλύπησεν, ἀπὸν δὲ καὶ προσδοκώμενον, λυπεῖ. Τῷ γὰρ ὄντι πολλοὶ διὰ τὴν οὐθενίαν καὶ τὴν πρὸς τὸν θάνατον διαβολὴν, ἀποθνήσκουσιν, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. Καλῶς οὖν ὁ Ἐπίχαρμος, Συνεκρίθη, φησὶ, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν,
B πνεῦμα δ' ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν. Ὁ Κρεσφόντης δέ που ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγων,

> Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ [φησὶ] νερτέρας ὑπὸ χθονὸς
> Ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν σθένοι.

τοῦτο μεταποιήσας, εἴποις ἂν,

> Εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ νερτέρας ὑπὸ χθονὸς
> Ἐν τοῖσιν οὐκ ἔτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν πάθοι.

Γενναῖον δὲ καὶ τὸ Λακωνικὸν,

> Νῦν ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι,
> Ὧν ἄμμες γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα.

Καὶ πάλιν,

A. 10. ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε] Ita omnes libri. Attamen Doricum ἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθε verius eſt; ut correxit Gatakerus ad M. Ant. p. 225. et jam ante ita memoravit J. Scaliger Conj Varron. p. 28. Mox pravam diſtinctionem—ἄνω τί· χαλεπὸν οὐδὲ ἕν quam Stephanus ab Aldo acceptam propagavit, correxi ex Baſ. Xyl. A. B. N. Z. Voſſ. Perizon.

quam affecit moleſtia, abſens et dum in expectatione eſt, moleſtiam adfert. Revera enim multi ob utilitatem animi, et conceptas adverſus mortem calumnias moriuntur, ne moriantur. Præclare igitur Epicharmus, *Concretum*, inquit, *fuit et diſcretum eſt, rediitque unde venerat, terra deorſum, ſpiritus ſurſum. Quid ex his omnibus iniquum eſt? nihil.* Quod autem Euripideus Creſphontes de Hercule dicit,

> *Apud inferos qui ſi ſub terra nunc agit,*
> *In his nihil qui jam ſunt, ipſe nihil valet.*

mutatis verbis ſic efferas licet:

> *Apud inferos qui ſi ſub terra nunc agit,*
> *In his nihil qui jam ſunt, nil feret mali.*

Generoſum eſt etiam Laconicum hoc:

> *Nunc nos, ante alii viguere, aliique vigebunt,*
> *Quorum nos ævum cernere fata vetant.*

Et rurſus,

Οἳ θάνον, οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν, οὐδὲ τὸ θνήσκειν, C
'Αλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

Πάνυ δὲ καλῶς καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ τῶν τὰς μακρὰς νοσηλείας ὑπομενόντων φησὶ,

Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον
Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι
Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.
Οὓς χρῆν, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῶσι γῆν,
Θανόντας ἔρρειν, κἀκποδὼν εἶναι νέοις.

Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα, λέγουσα τοιαῦτα, D

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ'· ἀλλὰ μυρίαι
Τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

τούτοις γὰρ οἰκείως ἄν τις ταῦτα συνάψειε,

Ποῦ γὰρ τὰ σεμνὰ κεῖνα, ποῦ δὲ Λυδίης
Μέγας δυνάστης Κροῖσος, ἢ Ξέρξης βαρὺν
Ζεύξας θαλάσσης αὐχέν' Ἑλλησποντίας;
Ἅπαντες ἀίδαν ἦλθον καὶ λάθας δόμους, E

τῶν χρημάτων ἅμα τοῖς σώμασι διαφθαρέντων.

D. 1. προφερομένη] Sic A. D. E. Vulgo et reliqui προσφερομένη.

His neque defungi viſum eſt, neque vivere pulchrum:
Cura fuit recte vivere, ſicque mori.

Admodum autem recte Euripides de his qui diuturnas ægrotationes tolerant, pronunciat:

Odi ſuam qui vitam extendere expetunt
Cibiſque potibuſque, et magicis artibus
Fati curſum avertentes, et mortis viam:
Quos, cum nihil terræ proſint, oportuit
Abire morte, et juvenibus locum dare.

At Merope virilibus dictis ſpectantium in theatro animos commovet, hæc dicens:

Periere nati, non mihi mortalium
Soli: nec ſola marito ſum viduata ego:
Tulere eaſdem calamitates plurimæ.

quibus non abſurde hæc ſubjungas:

Ubi enim nunc inclyta illa? ubi iſte Lydiæ
Potens tyrannus Crœſus? aut Xerxes gravem
Qui ponte junxit cervicem Helleſpontiam?
Omnes ad orcum, oblivionis et domos
Ivere,——

opibus una cum corporibus ſcilicet abolitis.

ιϛʹ. Νὴ Δί', ἀλλὰ τοὺς πολλοὺς κινεῖ πρὸς τὰ πένθη καὶ τοὺς θρήνους ὁ ἄωρος θάνατος. Ἀλλὰ καὶ οὗτος οὕτως ἐστὶν εὐπαραμύθητος, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντων ποιητῶν συνεωρᾶσθαι, καὶ τετυχηκέναι παραμυθίας. Θέασαι γὰρ οἷα περὶ τούτου φησὶ τῶν κωμικῶν τις πρὸς τὸν ἐπὶ τῷ ἀώρῳ λυπούμενον θανάτῳ·

> Εἶτ' εἰ μὲν ἤδεις ὅτι τοῦτον τὸν βίον
> Ὃν οὐκ ἐβίωσε, ζῶν διευτύχησεν ἄν,
> Ὁ θάνατος οὐκ εὔκαιρος· εἰ δ' ἤνεγκεν ἂν
> Οὗτος ὁ βίος τι τῶν ἀνηκέστων, ἴσως
> Αὐτός σου γέγονεν εὐνούστερος.

F Ἀδήλου οὖν ὄντος πότερον συμφερόντως ἀνεπαύσατο τὸν βίον ἐκλιπὼν, καὶ μειζόνων ἀπολυθεὶς κακῶν, ἢ οὔ, χρὴ μὴ φέρειν οὕτω βαρέως ὡς ἀπολωλεκότας πάνθ' ὅσων ᾠήθημεν τεύξεσθαι παρ' αὐτοῦ. Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα, δυσχεραίνουσαν ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος, ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως,

XVI. Enimvero immatura mors luctum nonnullis ejulatuſque exprimit. Verum et hæc adeo expeditam habet conſolationis viam, ut etiam de vulgo poetarum quiſque eam obſervaverit atque indicaverit. Conſidera enim quam orationem quidam Comicus tribuit conſolanti aliquem qui immaturam mortem lugebat:

> *Si conſtitiſſet bac de re certo tibi,*
> *Reliquum quod ille vitæ curſum proſpere*
> *Fuiſſet exacturus, mortem dicere*
> *Intempeſtivam tibi liceret: ſin erat*
> *Gravis aliqua eventura calamitas ei,*
> *Mors melius illi, quam tu, conſuluit quidem.*

Ergo incertum cum ſit utiliterne e vita diſceſſerit, majoribuſque ita ſit miſeriis liberatus, necne, non ita graviter mors ejus ferenda eſt, quaſi omnibus amiſſis quæ a vivente conſecuturos nos eſſe opinabamur. Et apud poetam Amphiaraus non inepte videtur conſolari matrem Archemori, ægram animo ob filii infantis mortem admodum intempeſtivam:

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν·
Θάπτει τε τέκνα, χ᾽ ἅτερα αὖ κτᾶται νέα,
Αὐτός τε θνήσκει, καὶ τάδ᾽ ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες· τὴν δ᾽ ἀναγκαίως ἔχει 117
Βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
Στένειν ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
Δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

ιζʹ. Καθόλου γὰρ χρὴ διανοεῖσθαι πάντα τινὰ καὶ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς ἄλλον διεξιόντα μετὰ σπουδῆς, ὡς οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριστος, ἀλλ᾽ ὁ σπουδαιότατος. Οὐδὲ γὰρ ὁ πλεῖστα κιθαρῳδήσας, ἢ ῥητορεύσας, ἢ κυβερνήσας, ἀλλ᾽ ὁ καλῶς, ἐπαινεῖται. Τὸ γὰρ καλὸν οὐκ ἐν μήκει χρόνου θετέον, ἀλλ᾽ ἐν ἀρετῇ καὶ τῇ καιρίῳ B
συμμετρίᾳ· τοῦτο γὰρ εὔδαιμον καὶ θεοφιλὲς εἶναι νενόμισται. Διὰ τοῦτο γοῦν τοὺς ὑπεροχωτάτους τῶν ἡρώων, καὶ φύντας ἀπὸ θεῶν, πρὸ γήρως ἐκλιπόντας τὸν βίον οἱ ποιηταὶ παρέδοσαν ἡμῖν· ὥσπερ κἀκεῖνον

Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ᾽ αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
Παντοίην φιλότητ᾽, οὐδ᾽ ἵκετο γήραος οὐδόν.

Mortalis nemo eſt quem non attingat dolor,
Morbuſque: multi ſunt humandi liberi,
Rurſum creandi: morſque eſt finis omnibus,
Quæ generi humano angorem necquicquam adferunt.
Reddenda eſt terra terræ, tum vita omnibus
Metenda ut fruges: ſic jubet neceſſitas,
Ut ille vivat, ille non: nihil hæc opus eſt
Lugere, naturæ quæ fiunt legibus.
Grave eſt nihil homini quod fert neceſſitas.

XVII. In univerſum autem quiſque et ſecum cogitare, et cum aliis ſerio commentari debet, non vitam longiſſimam eſſe optimam, ſed quæ virtute maxime adminiſtratur: neque enim qui plurimum fidibus cecinit, aut oravit, aut naves gubernavit, in laude eſt, ſed qui recte iſta fecit. Nam rectum non in temporis longitudine, ſed in virtute et tempeſtiva moderatione poſitum eſt: hoc beatum et diis gratum cenſetur. Atque hanc ob cauſam excellentiſſimos heroum et a diis prognatos poetæ nobis proponunt, qui ante ſenectutem vitam cum morte commutent: quando ille etiam

Quem ſummo Divum genitor complexus amore
Dilexit, Phœbo neque carior exſtitit alter,
Non potuit ſenii ſupremum limen adire.

Τὴν γὰρ εὐκαιρίαν μᾶλλον, οὐ τὴν εὐγηρίαν, πανταχοῦ καθορῶμεν πρωτεύουσαν. Καὶ γὰρ ἄριστα φυτῶν τὰ
C πλεῖστον καρπὸν ἐν βραχεῖ φορᾶς ποιούμενα, καὶ ζώων, ἀφ' ὧν ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ πολλὴν πρὸς τὸν βίον ὠφέλειαν ἔχομεν. Τό, τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν, οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα. Τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια, κατὰ Σιμωνίδην, ἔτη, στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς. Ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων ἐκείνων ἅπερ ἱστοροῦσι περὶ τὸν πόντον γινόμενα, τὴν ζωὴν ἔχειν ἡμερησίαν, ἕωθεν μὲν γεννώμενα, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης δὲ γηρῶντα, καὶ τελειοῦντα τὸ ζῆν, οὐχὶ κἀκείνων ἦν ἂν τὸ καθ' ἡμᾶς πάθος, εἴπερ ψυχή τις ἀνθρωπίνη
D καὶ λογισμὸς ἑκάστοις ἐνῆν; καὶ ταὐτὰ δήπου γ' ἂν συνέπιπτεν· ὥστε τὰ πρὸ μέσης τῆς ἡμέρας ἐκλείποντα, θρήνους παρέχειν καὶ δάκρυα, τὰ δὲ διημερεύσαντα πάν-

Videmus enim quavis in re priores partes tribui non ætati longæ, ſed maturitati. Nam et inter plantas eæ habentur præſtantiſſimæ, quæ plurimum fructus minimo tempore ferunt: et inter animalia, ex quibus non longo temporis ſpatio plurimum utilitatis vita nóſtra percipit. Præterea ſi cum æternitate compares vitæ tempus, nihil inter breve et longum invenies diſcriminis: nam de Simonidis quidem ſententia anni mille aut decem millia punctum quoddam ſunt infiniti, aut minima potius puncti portio. Juxta Pontum animalia quædam memoriæ traditum eſt naſci quorum vita unius diei termino includatur, cum mane naſcantur, meridie vigeant, veſperi conſeneſcant vivendique finem faciant: cenſeſne, ſi his animus hominis et ratio ineſſet, eodem quo nos more affecta fore, eademve illis eventura? ſcilicet ut quæ ante meridiem morerentur, luctus et lachrymarum cauſam præberent? quorum autem totum diem duraſſet vita, beata

πάσας τοῖς ἄλλοις, ταύτην αὐτῷ δοῦναι τὴν ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι γινομένην, οἷον δάκρυα καὶ λύπας· ὥσπερ οὖν τοὺς ἄλλους δαίμονας ὑφ' ὧν τιμῶνται τούτους ἀγαπᾷν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ Πένθος, ἐὰν μὲν αὐτὸ ἀτιμάσῃς, ὦ γύναι, οὐ προσελεύσεταί σοι· ἐὰν δὲ τιμᾶται ὑπὸ B
σου ἐπιμελῶς ταῖς δοθείσαις αὐτῷ τιμαῖς, λύπαις καὶ θρήνοις, ἀγαπήσει τε, καὶ ἀεί τι σοι παρέξεται τοιοῦτον ἐφ' ᾧ τιμηθήσεται παρὰ σοῦ συνεχῶς. Θαυμασίως δὴ φαίνεται τῷ λόγῳ πείσας αὐτὸς παρελέσθαι τῆς ἀνθρώπου τὸ πένθος καὶ τοὺς θρήνους.

κ'. Τὸ δ' ὅλον εἴποι τις ἂν πρὸς τὸν πενθοῦντα, Πότερα παύσῃ ποτὲ δυσφορῶν, ἢ ἀεὶ δεῖν οἰήσῃ λυπεῖσθαι παρ' ὅλον τὸν βίον; Εἰ μὲν γὰρ ἀεὶ μενεῖς ἐπὶ τῇ δυσπαθείᾳ ταύτῃ, τελείαν ἀθλιότητα σεαυτῷ παρέξεις, καὶ πικροτάτην κακοδαιμονίαν, διὰ ψυχῆς ἀγέννειαν καὶ μαλακίαν· εἰ δὲ μεταθήσῃ ποτέ, τί οὐκ ἤδη μεταπί- C

B. 3. ἀγαπήσει τε] Rectius ἀγαπήσει σε N. Perizon.

nibus jam in alios inſumptis honoribus, Luctui largitum eſſe dolorem et lachrymas quæ mortuis impenduntur. Tum ſic intuliſſe: Sicut ergo alii dæmones eos diligunt a quibus coluntur, ita ad te quoque, regina, Luctus non accedet, ſi nullo honore ipſum afficias: quod ſi iis eum honoribus qui ipſi ſunt attributi, ſtudioſe venereris, (lachrymis inquam et lamentis) diliget te, ſemperque aliquam tibi ſuppeditabit materiam ob quam abs te continenter honoretur. Atque hac oratione ille uſus, mirabili arte feminam eam a luctu et lamentatione deduxit.

XX. Denique ut in ſumma dicam, quærere liceat ex lugente, ſtatueritne finem aliquando ægritudini imponere, an vero exiſtimet eam ſibi per omnem vitam eſſe continuandam? Hoc enim (dicerem) ſi decreviſti, omnibus abſolutam numeris miſeriam acerbiſſimamque infelicitatem tibi ipſi ob animi tui ignaviam atque mollitiem imponis: ſin eſt ut aliquando finem facere luctui

θέσθαι καὶ σεαυτὸν ἀνέλκεις ἐκ τῆς ἀτυχίας; Οἷς γὰρ λόγοις τοῦ χρόνου προϊόντος γενόμενος ἀπολυθήσῃ, τούτοις νῦν προσχὼν, ἀπαλλάγηθι τῆς κακουχίας. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παθημάτων ἡ ταχίστη τῆς ἀπαλλαγῆς ὁδὸς ἀμείνων. Ὃ οὖν μέλλεις τῷ χρόνῳ χαρίζεσθαι, τοῦτο τῷ λόγῳ χάρισαι, καὶ τῇ παιδείᾳ, καὶ σεαυτὸν ἔκλυσαι τῶν κακῶν.

κα'. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἤλπιζον, φησὶ, ταῦτα πείσεσθαι, οὐδὲ προσεδόκων. Ἀλλ' ἐχρῆν σε προσδοκᾶν, καὶ
P προκατακεκρικέναι τῶν ἀνθρωπείων τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐδένειαν· καὶ οὐκ ἂν νῦν ἀπαράσκευος, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐξαίφνης ἐπελθόντων ἐλήφθης. Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρεσκευάσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖνος γάρ φησιν,

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν,
Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην,
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμᾶς,
Θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς.

ſtatueris, cur non jam nunc mutas, teque ipſum miſeria exſolvis? quibus enim rationibus ad liberandum te decurſo aliquo tempore uteris, iis ipſis in præſentia animum adverte exoneraque te moleſtia. Quando etiam in corporis affectionibus quæ ratio maturrime malum tollit, optima ducitur: itaque quod eras tempori tributurus, id rationi ac doctrinæ deferens, exime teipſum malo.

XXI. At, inquiunt, *præter ſpem mihi hic caſus et exſpectationem evenit.* Enimvero oportebat exſpectare, præmeditatum animo incertitudinem vilitatemque rerum humanarum: ne nunc imparatus veluti ab hoſtibus repente ingruentibus opprimereris. Præclare enim Theſeus ille Euripideus videtur ad id genus eventa fuiſſe præparatus, ſic loquens,

Nam qui hæc audita a docto meminiſſem viro,
Futuras mecum commentabar miſerias,
Aut mortem acerbam, aut exſilii mœſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:

Ἵν' εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
Μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ. E

Οἱ δ' ἀγενέστεροι καὶ ἀνασκήτως διακείμενοι οὐδὲ ἀναστροφὴν ἐνίοτε λαμβάνουσι πρὸς τὸ βουλεύεσθαί τι τῶν εὐσχημόνων καὶ συμφερόντων, ἀλλ' ἐκτρέπονται πρὸς τὰς ἐσχάτας ταλαιπωρίας, τὸ μηδὲν αἴτιον σῶμα τιμωρούμενοι, καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα, κατὰ τὸν Ἀχαιὸν, συναλγεῖν ἀναγκάζοντες.

κβ'. Διὸ καὶ πάνυ καλῶς ὁ Πλάτων ἔοικε παραινεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς ἡσυχίαν ἔχειν, ὡς οὔτε δήλου ὄντος τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι· ἐμποδὼν γὰρ γίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι τῷ βουλεύεσθαι περὶ τὸ γεγονός· F καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, ὅπῃ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἔχειν· οὐ δεῖν οὖν προσπταίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος βοᾶν, ἀλλ' ἐθίζειν τὴν ψυχὴν, ὅτι τάχιστα γίνεσθαι περὶ τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ

Ut ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Sed degeneri qui ſunt ingenio et exercitatione nulla uſi, nunquam eo convertunt animum, ut ulla de utili ac decora re cogitent: ad extremas tantum exorbitant miſerias, innoxium corpus adflictantes, et *quæ ægrota non ſunt*, ſecundum Achæum, *una dolere cogentes.*

XXII. Ideo admodum recte videtur præcipere Plato, ut in hujuſmodi caſibus quieſcamus, cum neque conſtat bonumne an malum acciderit, neque proficias quicquam ægre ferendo: dimoveri enim dolorem conſultando de eo quod factum eſt: itaque jubet ut in talorum jactu quidquid caſus tulerit, id eo ponere, ubi maxime videbitur eſſe commodum; non debere ergo nos ſicubi offendimus, pueros imitari, qui manibus læſæ parti injectis vociferantur: ſed adſuefacere animos noſtros, ut quamprimum ejulationem me-

πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρικῇ θεραπείᾳ ἀφανίζοντας.
Τὸν τῶν Λυκίων νομοθέτην φασὶ προστάξαι τοῖς αὑτοῦ
πολίταις, ἐπὰν πενθῶσι, γυναικείαν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα
πενθεῖν· ἐμφαίνειν βουληθέντα, ὅτι γυναικῶδες τὸ πάθος
113 ἐστὶ, καὶ οὐχ ἁρμόττον ἀνδράσι κοσμίοις καὶ παιδείας
ἐλευθέρου μεταπεποιημένοις. Θῆλυ γὰρ ὄντως καὶ ἀσθενὲς
καὶ ἀγεννὲς τὸ πενθεῖν· γυναῖκες γὰρ ἀνδρῶν φιλοπενθέ-
στεραί εἰσι, καὶ οἱ βάρβαροι τῶν Ἑλλήνων, καὶ οἱ χείρους
ἄνδρες τῶν ἀμεινόνων· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν βαρβάρων οὐχ
οἱ γενναιότατοι Κελτοὶ καὶ Γαλάται καὶ πάντες οἱ φρο-
νήματος ἀνδρειοτέρου πεφυκότες ἔμπλεῳ, μᾶλλον δ᾽ εἴπερ
ἄρα, Αἰγύπτιοί τε καὶ Σύροι καὶ Λυδοὶ, καὶ πάντες ὅσοι
τούτοις παραπλήσιοι. Τούτων γὰρ τοὺς μὲν, εἰς βόθρους
B τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν,
μηδὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν βουλομένους, ἐπεὶ καὶ ὁ
τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων οὖν ὁ τραγικὸς
ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας πεποίηκέ
τινα λέγουσαν,

dica arte abolentes, ſanandæ reſtituendæque parti affectæ operam demus. Eum qui Lyciis leges poſuit, aiunt mandaſſe civibus, ut in luctu veſte uterentur muliebri: ſignificare volentem rem eam muliebrem eſſe, neque convenire viris moderatis et liberali doctrinæ deditis. Eſt enim revera muliebre, imbecilliſque et degeneris animi luctus: et ut ad eum mulieres viris, ita barbari Græcis, ac deteriores præſtantioribus ſunt propenſiores. Ac de ipſis barbaris, ſi qui luctum exercent, non animoſiſſimi hoc Celtæ, non Galli, aut qui alii generoſo pleni ſunt ſpiritu, id faciunt, ſed Ægyptii, Syri, Lydi, aliique horum ſimiles. Horum quoſdam ferunt in foveas certas ſeſe per dies complures abdere, neque ſolis lumen videre ſuſtinere, quo is quem lugent privatus ſit. Et Ion tragœdiæ ſcriptor, ut qui aliquid de ſtultitia hac inaudiviſſet, quandam introducit ſic loquentem:

ὡς εὐδαιμονέστατον καὶ τελειότατον διαπεράσαντα βίον. Εἰ δὲ διακοσίων ἐτῶν ἦν, τὸν ἑκατὸν ἐτῶν τελευτήσαντα, πάντως ἂν ἄωρον νομίζοντες εἶναι, πρὸς ὀδυρμοὺς καὶ θρήνους ἐτραπόμεθα.

κδ'. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ ὁ λεγόμενος ἄωρος θάνατος, εὐπαραμύθητός ἐστι, διά τε ταῦτα, καὶ τὰ προειρημένα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν, ἢ Πρίαμος αὐτὸς, εἰ προετελεύτησεν, ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας, καὶ τῆς τοσαύτης τύ- F
χης ἧς ἐθρήνει· οἷα γοῦν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ διελέχθη υἱὸν Ἕκτορα, παραινῶν ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα μάχης, ἐν οἷς φησιν,

Ἀλλ' εἰσέρχεο τεῖχος, ἐμὸν τέκος, ὄφρα σαώσῃς
Τρῶας καὶ Τρωϊάδας· μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξῃς
Πηλείδῃ, αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς.
Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον, 114
Δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ,

E. 10. ἢ Πρίαμος αὐτὸς,] Revocavi veterem lectionem ex Ald. Baſ. Xyl. confirmatam a compluribus libris T. V. B. C. D. N. Z. Perizon. Reliqui et vulgo ἢ Πρίαμος, οὗτος δὲ, quod Stephanus ſumpſit e Pol. et Jannot. Callimachi eſt, ut apparet e Cic. Tuſc. I, 39. Ὄντως eſt a Plutarcho.

nino ejus fortunas laudaremus, ut vita feliciſſima ac perfectiſſima functi. Sin ducentis annis definiremus curriculum, utique deploraremus eum qui annos natus centum exſpiraſſet, plane immaturam ejus mortem judicantes.

XXIV. Liquet ergo cum ob hæc, tum ea quæ ſuperius diſſeruimus, eam quoque mortem quæ intempeſtiva dicitur, conſolationem admittere. Veriſſimum enim utique eſt, *minus lachrymaſſe Troilum, quam Priamus* erat ploraturus, ſi mortuus fuiſſet florente etiamnum regno et opibus quas amiſſas deflevit. Vide enim qualia ſunt quæ ad filium ſuum Hectorem dicit, hortans eum ut ſe a prœlio adverſus Achillem ſubducat:

Intra nunc urbis, mi fili, mœnia, ſerves
Troadas ut Troeſque, nec eximium decus addas
Pelidæ, ſuavis ſpoliatus munere vitæ.
Præterea miſerare tuum, dum vivo, parentem
Me miſerum, in ſenii Jupiter quem limine durus

Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
Υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκηθείσας τε θύγατρας,
Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ, ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν,
Αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσι
Ὠμησταὶ ἐρύσωσιν, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
B Τύψας ἠὲ βαλὼν, ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,
Αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος,
Τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Ἦ ῥ' ὁ γέρων· πολιὰς δ' ἂρ ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσὶ,
Τίλλων ἐκ κεφαλῆς, οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθεν.

Ὄντων οὖν σοι παμπόλλων παραδειγμάτων περὶ τούτου,
ἐννοήθητι τὸν θάνατον οὐκ ὀλίγους ἀπαλλάττειν μεγάλων
καὶ χαλεπῶν κακῶν, ὧν, εἰ ἐπεβίωσαν, πάντως ἂν ἐπει-
ράθησαν, ἃ, φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου συμμετρίας, παρ-
C έλιπον, ἀρκεσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, πρὸς τὸ μὴ δεῖν πέρα

A. 7. Ἑλκομένας] Hic verſus abeſt in Ald. Baſ. Xyl. C. D. Voſſ. Perizon. Alii habent codices item Schott. et Jannot. unde recepit Stephanus.

B. 1. Τύψας ἠὲ βαλὼν,] Qui, inter hunc et proximum verſum, in Vulgatis Homeri exemplis leguntur quinque verſus Il. X. 69: deſunt in Plutarcheis libris editis et ſcriptis, exceptis T. V. B. Schott. Coll. Muret. Mez.

B. 10. συμμετρίας] Ita omnes libri noſtri: editi, Ald. Baſ. Xyl. ſcripti decem, A. B. C. D. E. N. Z. Venet. Voſſ. Perizon. nec diſſentit ulla collationum. Stephanus tamen hic iterum, neſcio unde, dedit ἀμετρίας.

Adverſo perimet fato, mala plurima paſſum.
Occidi poſtquam natos, nataſque videre
Raptari, exſcindi thalamos, duræque miſellos
Allidi infantes terræ me cernere adegit
Excidio in patriæ diro: mea denique membra
Poſtremi, cum quis jactu vel cominus ictu
Infelici anima gelidos exſolverit artus,
In primis foribus raptabit ſæva canum vis.
Id vero nimis eſt homini miſerabile viſu,
Cum canum caput, et canum mentum atque pudenda
Occiſi fœdare canes ſenis aſpiciendum eſt.
Sic ait evellens manibus de vertice canos
Longævus: mentem ſermo tamen Hectoris iſte
Non flexit.——

Cum itaque habeas exempla permulta hújus rei, intelligere debes morte non paucos a magnis fuiſſe ac difficilibus ſervatos calamitatibus, in quas omnino deveniendum ipſis fuerat, ſi vixiſſent: quæ ego exempla, ne nimium extendatur oratio, contentus his quæ retuli, omitto: ſufficientibus demonſtrare, non debere nos

τοῦ φυσικοῦ καὶ μετρίου, πρὸς ἄπρακτα πένθη καὶ θρήνους ἀγεννεῖς ἐκτρέπεσθαι.

κε'. Τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν, ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι φάρμακον ἀλυπίας εἶναι μέγιστον. Τὸ δὲ φιλεῖν τὸν μεταλλάξαντα καὶ στέργειν, οὐκ ἐν τῷ λυπεῖν ἑαυτοὺς ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τῷ τὸν ἀγαπώμενον ὠφελεῖν. Ὠφέλεια δ' ἐστὶ τοῖς ἀφῃρημένοις, ἡ διὰ τῆς ἀγαθῆς μνήμης τιμή. Οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς ἄξιος θρήνων, ἀλλ' ὕμνων καὶ ἐπαίνων· οὐδὲ πένθους, ἀλλὰ μνήμης D εὐκλεοῦς· οὐδὲ δακρύων ἐπωδύνων, ἀλλ' ἀστείων ἀπαρχῶν· εἴγε ὁ μεταλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν, ἀπαλλαγεὶς τῆς τοῦ σώματος λατρείας, καὶ τῶν ἀτρύτων ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν, ἃς ἀνάγκη τοὺς εἰληχότας τὸν θνητὸν βίον ὑπομένειν, ἕως ἂν ἐκπλή-

D. 1. ἐπαίνων] παιάνων malit J. D. Lennepius ad Phalar. p. 280. Cum vulgato conſentiunt omnes libri. Cæterum dictio poetam ſapit.

D. 2. ἀλλ' ἀστείων] Ita omnes libri. Probo tamen Pierſoni conjecturam Veriſimil. p. 158. ἀλλὰ θείων. Reiſkius ἀλλ' ἐτείων: quod placet J. Toupio Ep. Crit. p. 7.

ultra quam natura et mediocritas ferunt, ad inanes luctus et degeneres ejulatus exorbitare.

XXV. Crantor ait, Vacare culpa in calamitatibus maximum eſſe ſolatium. Ego ad liberandos dolore animos habere id vim vel maximam dicere non vereor. Ad hæc, amare et bene velle ei qui mortuus eſt, non in hoc poſitum eſt ut tibi ipſi dolorem inferas, ſed ut dilecto aliqua commodes ratione: quod præſtiteris, ſi eum bona memoria honoraveris. Nemo enim bonus lamentis, ſed hymnis dignus eſt et laudationibus: non luctu, ſed honorifica recordatione: neque lachrymis a dolore extortis, ſed primitiis quibuſdam ſcitis: ſiquidem is qui inter mortales eſſe deſiit, divinioris cujuſdam vitæ factus eſt conſors, liberatus ſervitute corporis, et ærumnoſis iſtis ſolicitudinibus atque caſibus, quos neceſſe eſt ut perferant quibus mortalis hæc vita ob-

σωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον· ὃν ἔδωκεν ἡμῖν ἡ φύσις οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἀπένειμε τὸν μερισθέντα κατὰ τοὺς τῆς εἱμαρμένης νόμους.

κϛ'. Διὸ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσιν
E οὐ χρὴ πέρα τοῦ φυσικοῦ καὶ μετρίου τῆς περὶ τὴν ψυχὴν λύπης, εἰς ἄπρακτα καὶ βαρβαρικὰ πένθη παρεκτρέπεσθαι· καὶ τοῦθ', ὅπερ πολλοῖς ἤδη συνέβη, περιμένειν, ὥστε πρὶν ἀπώσασθαι τὰ πένθη, κακουχουμένους τελευτῆσαι τὸν βίον, καὶ ἐν τοῖς πενθίμοις τῆς κακοδαίμονος ταφῆς μεταλαβεῖν ἅμα τῶν τε ἀνιαρῶν, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀλογιστίας κακῶν συγκηδευομένων αὐτοῖς· ὥστ' ἐπιφθέγξασθαι τὸ Ὁμηρικόν,

Μυρομένοισι δὲ τοῖσι μέλας ἐπιέσπερος ἦλθε.

Διὸ καὶ πολλάκις αὐτοῖς προσδιαλέγεσθαι χρή, Τί
F δαί, παυσόμεθά ποτε λυπούμενοι; ἢ ἀκαταπαύστῳ συμφορᾷ συνεσόμεθα μέχρι παντὸς τοῦ βίου; τὸ μὲν γὰρ

tigit, donec conficiant fato deſtinatum ipſis vitæ curriculum: quam quidem vitam nobis natura non ut perpetuam poſſeſſionem conceſſit, ſed pro fati legibus unicuique certa ratione attribuit.

XXVI. Qui ergo ſana ſunt mente, non debent amplius quam natura et mediocritas poſtulant, animo in luctus inutiles et barbaricos efferri, idque exſpectare, quod multis evenit, ut prius ærumnoſæ vitæ ſuæ finem, quam lugendi, faciant, inque lugubri (quem propter alios ceperunt) habitu, infelici ſepulturæ ipſi mandentur: eaque obruantur ſimul et mœrores iſti, et mala quæ ſua ſibi paraverunt imprudentia: de quibus Homericum illud commode uſurpari poſſit:

Hos lamentantes atra nox obruit umbra.

Proinde in tali re ſæpe nos ipſos ita compellemus: quid igitur faciemus? an per omne vitæ tempus miſeriæ continenti tempus prorogabimus? an potius lugendi aliquando finem faciemus? Nam infi-

δὴ ἀτελεύτητον νομίζειν τὸ πένθος, ἀνοίας ἐστὶν ἐσχάτης·
καίτοι γε ὁρῶντας ὡς καὶ οἱ βαρυλυπώτατοι καὶ πολυ-
πενθέστατοι, πρᾳότατοι πολλάκις γίνονται ὑπὸ τοῦ χρό-
νου, καὶ ἐν οἷς ἐδυσχέραινον σφόδρα μνήμασιν ἀνοιμώζοντες
καὶ στερνοτυπούμενοι, λαμπρὰς εὐωχίας συνίστανται μετὰ
μουσουργῶν καὶ τῆς ἄλλης διαχύσεως. Μεμηνότος οὖν
ἐστὶ τὸ οὕτως ὑπολαμβάνειν παράμονον ἕξειν τὸ πένθος.
Ἀλλ' εἰ λογίζοινθ' ὅτι παύσεται τινὸς γενομένου, προσ- 115
αναλογίσαιντ' ἂν, χρόνου δηλαδή τι ποιήσαντος· τὸ μὲν
γὰρ γεγενημένον, οὐδὲ θεῷ δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγένητον·
οὐκοῦν τὸ νῦν παρ' ἐλπίδα συμβεβηκὸς καὶ παρὰ τὴν
ἡμετέραν δόξαν, ἔδειξε τὸ εἰωθὸς περὶ πολλοὺς γίνεσθαι
δι' αὐτῶν τῶν ἔργων. Τί οὖν; ἆρά γ' ἡμεῖς τοῦτο διὰ
τοῦ λόγου μαθεῖν οὐ δυνάμεθα, οὐδ' ἐπιλογίσασθαι; ὅτι

Πλείη μὲν γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα,

A. 1. *προσαναλογίσαιντ' ἂν*] Ita dedi ex E. Venet. Vulcob. pro vulgato *προσαναλογήσαιντ' ἂν*: quod nihili eſt. Vel ſic tamen locus, nec ipſe ſecum ſatis nec cum ſequentibus conſentit. B. *πρὸς ἀναλγησίαν*. C. D. *πρὸς ἂν ἀλγήσαιντ' ἄν*.

A. 3. *οὐδὲ θεῷ*] Dedi ex B. D. Baſ. Xyl. Jannot. Vulgo *οὐδὲ θεῶν*.

nitum velle luctum facere, extremæ eſt inſaniæ: cum videamus qui in ſummo graviſſimoque fuerunt mœrore, ſæpiſſime fuiſſe temporis progreſſu adeo demitigatos, ut apud monimenta, quæ ſine acerbo ejulatu et pectoris planctu ante non viſebant, jam convivia muſicis aliiſque ad lætitiam excitandam facientibus rebus adhibitis celebrarent. Inſani ergo eſt, ſecum ſtatuere velle ſe in luctu perſeverare. Si vero decreveris aliquando eum deſinere, ſimul et hoc reputato, tempus eſſe quod leniturum ſit ægritudinem. Etenim quod factum eſt, infectum reddere ne deus quidem poteſt: ergo quod nobis nunc præter ſpem opinionemque evenit noſtram, id ipſo facto nobis demonſtravit quid pleriſque accidere ſoleat. Quid ergo? an nulla nos diſcere doctrina neque ratiocinari poſſumus? quod

Terra malis ſcatet, adverſis pelaguſque redundat.

Καὶ,

> Τοιάδε θνητοῖσι κακὰ
> Κακῶν ἀμφί τε κῆρες εἰλεῦνται,
> B Κενὴ δ' εἴσδυσις οὐδ' αἰθέρι.

κζ'. Πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι
Κράντωρ, οὐ νῦν ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα,
τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον, καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσ-
θαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην. Τοῦτο δέ, φησιν
Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν Σειληνὸν συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ
ἀποφήνασθαι. Βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου
λέξεις παραθέσθαι· φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφο-
μένῳ ἢ Περὶ ψυχῆς, ταυτί, "Διόπερ, ὦ κράτιστε πάν-
" των καὶ μακαριστότατε, καὶ πρὸς τῷ μακαρίους καὶ
" εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ
C " ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ
" ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων, ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη
" γεγονότων· καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ δια-
" τελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς
" οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχήν, οὔτε τὸν θέντα πρῶ-

Item illud,

> *Tales circum mortales miſeriæ*
> *Fundunt, totque fatalia mala,*
> *Quibus nec in lucem hanc vacat exitus.*

XXVII. Multi quippe, ut ait Crantor, iique ſapientes viri, non nunc primum, ſed pridem deploraverunt res humanas, ſupplicium judicantes vitam hanc eſſe, et ſummæ calamitatis loco ducentes naſci hominem. Hoc ipſum Ariſtoteles ait, *Silenum, cum captivus ad Midam adduceretur, pronunciaſſe:* cujus hæc ſunt (præſtat enim opinor ipſa apponere) in Eudemo ſive libro De animo, verba. *Itaque*, inquit, *præſtantiſſime omnium et beatiſſime, cum felices cenſemus eſſe et beatos qui vita hac defuncti ſunt, tum nefas putamus quicquam de iis falſo aut contumelioſe dicere : quippe qui melioris jam præſtantioriſque naturæ facti ſint compotes. Atque hæc noſtra ſententia ita vetuſta eſt, ut ejus et initium et autor prorſus ignorentur, ſed ab infinita uſque æternitate*

“ τον, ἀλλὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα τυγχάνουσι διὰ τέλους
“ οὕτω νενομισμένα· πρὸς δὲ δὴ τούτοις, διὰ στόματος
“ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐτῶν, ἐκ πα-
“ λαιοῦ χρόνου περιφέρεται θρυλλούμενον· τί τοῦτ᾽, ἔφη·
“ κἀκεῖνος ὑπολαβὼν, Ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μὲν, ἔφην,
“ ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνᾶναι, τοῦ ζῆν ἐστι κρεῖττον· D
“ καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται·
“ τοῦτο μὲν, ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν
“ θήραν ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, διερωτῶντι καὶ πυνθα-
“ νομένῳ τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ
“ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον, οὐδὲν
“ ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾷν ἀρρήτως· ἐπειδὴ δέ ποτε
“ μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο
“ φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἀναγκαζόμενος,
“ εἰπεῖν, Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον
“ σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ
“ γνῶναι; μετ᾽ ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν, ἀλυ- E

D. 7. ἀῤῥήτως;] Ita omnes libri. Nec repudiem. Neque etiam repudiem Reiſkii ἀῤῥήντως.

continenter ea ſic eſt propagata. Ad hæc, vides in ore hominibus eſſe omnibus jam inde a multis annis tritum illud. Quodnam? inquit ille. *Quod* (ait) *omnium optimum eſt non naſci: præſtat autem mori quam vivere: ejuſque rei multis ſunt divinitus perhibita teſtimonia. Atque huc pertinet quod narratur, Silenum a Mida iſto captum, et a venatione ei ſciſcitanti quidnam optimum homini maximeque expetendum eſſet, principio reſpondere noluiſſe, vocemque compreſſiſſe: tandem cum urgendi ut aliquid diceret finem nullum Mida faceret, in hæc invitum erupiſſe verba: “ Ærumnoſi genii, et difficilis fortunæ ſemen in diem durans, quorſum me cogitis ea vobis dicere, quæ vobis neſcire erat melius? maxime enim vacantes dolore vivunt, qui ſua ignorant mala. Hominibus au-*

" πόταπος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γε-
" νέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελ-
" τίστου φύσεως· ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γε-
" νέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων
" ἀνυστὸν, δεύτερον δὲ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τά-
" χιστα. Δῆλον οὖν ὡς οὔσης κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθ-
" νάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν, οὕτως ἀπεφήνατο." Μυρία δ' ἐπὶ μυρίοις ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα παρατίθεσθαι πρὸς τὸ αὐτὸ κεφάλαιον· ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον μακρηγορεῖν.

F κη'. Οὐ χρὴ οὖν τοὺς ἀποθνήσκοντας νέους θρηνεῖν ὅτι τῶν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ νομιζομένων ἀγαθῶν ἀπεστέρηνται· τοῦτο γὰρ ἄδηλον, ὡς πολλάκις εἴπομεν, εἴτε ἀγαθῶν ἀπεστερημένοι τυγχάνουσιν, εἴτε κακῶν. Πολλῷ γὰρ πλείονα τὰ κακά· καὶ τὰ μὲν μόλις καὶ διὰ πολλῶν φροντίδων κτώμεθα, τὰ δὲ κακὰ, πάνυ ῥαδίως. Στρογγύλα γὰρ εἶναί φασι ταῦτα καὶ συνεχῆ καὶ πρὸς ἄλληλα φερόμενα κατὰ πολλὰς αἰτίας· τὰ δ' ἀγαθὰ,

" *tem omnino optimum eſt non*
" *naſci, neque participem fieri*
" *præſtantioris naturæ; opti-*
" *mum enim omnibus utriuſque*
" *ſexus hominibus hoc eſt: prox-*
" *imum huic, et inter ea quæ*
" *conſequi homo poſſit primum*
" *eſt, quam celerrime mori.*"
Manifeſtum vero eſt, ſic eum pronuntiaſſe, quod melior ſit mortuorum quam vivorum conditio. Sexcenta alia, rurſuſque totidem alia ſimilia adferre ad hujus capitis demonſtrationem poſſem: ſed opus non eſt protrahere orationem.

XXVIII. Proinde lugendi non ſunt qui in florente ætate mortem obeunt, quaſi ſpoliati iis quæ in diuturna vita pro bonis cenſentur: incertum eſt enim, ut aliquoties jam diximus, boniſque an malis privati ſint, cum multo plura ſint mala quam bona: quorum hæc difficulter, et multis impenſis curis conſequimur, illa vel facillime obtingunt: ferunt enim mala eſſe teretia ac continua inter ſe, invicemque ſeſe multis de cauſis inſequentia: bona vero dejuncta, et quæ

διεχῆ τε καὶ δυσκόλως συνερχόμενα πρὸς αὐτοῖς τοῦ βίου τοῖς τέρμασιν. Ἐπιλελησμένοις οὖν ἐοίκαμεν. Οὐ γὰρ μόνον, ὥς φησιν Εὐριπίδης 116

Τὰ χρήματα οὐκ ἴδια κέκτηνται βροτοὶ,

ἀλλ' ἁπλῶς τῶν ἀνθρωπίνων οὐδέν· διὸ καὶ ἐπὶ πάντων λέγειν χρὴ,

Τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.
Ὅταν δὲ χρήζωσ', αὐτὰ ἀφαιροῦντ') πάλιν.

Οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν ἐὰν ἃ ἔχρησαν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον ταῦτα ἀπαιτῶσιν. Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται, καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις, ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάνπερ εὐγνωμονῶσι. Πρὸς γὰρ τοὺς οὐκ εὐμαρῶς ἀποδιδόντας εἰκότως ἄν τις εἴποι, Ἐπελάθου ὅτι ταῦτ' ἔλαβες ἐπὶ τῷ ἀποδοῦναι; Τοῦτο B δὴ τοῖς θνητοῖς ἅπασι συμβέβηκεν. Ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὥσπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτου χρόνος οὐδείς ἐστιν ὡρισμένος τῆς ἀποδόσεως, ὥσπερ οὐδὲ

B. 3. παρακαταθεμένοις θεοῖς] Forte quis excidiſſe putet ἀποδόντες. Nec tamen neceſſe. Dativus eſt abſolutus pro Genitivo.

difficulter ſub ipſum vitæ terminum coeant. Itaque videmur obliti eſſe noſtræ ſortis. Non enim tantum, ut eſt apud Euripidem,

Non propriæ ſunt quas homines tenent opes:

ſed in univerſum nihil homo poſſidet proprium: ac de ſingulis uſurpare hoc licet,

Res procuramus a Diis nobis creditas,
Arbitrio repoſcunt illi quas ſuo.

Quapropter iniquius ferre non debemus ſi repetunt quorum nobis exigui temporis uſuram conceſſerant: quando ne menſarii quidem, niſi animum pravum gerant, indignantur ubi apud eos depoſita ſors repoſcitur: et non prompte reddenti dicere poſſis haud injuria, Oblituſne es ea te hoc conditione accepiſſe, ut reddere? Idem vero omnibus uſuvenit hominibus. Vita nobis contigit, diis eam apud nos fatali deponentibus neceſſitudine, neque certus eſt definitus terminus ad quem reddendum illud ſit depoſitum: ſicut

τοῖς τραπεζίταις τῆς τῶν θεμάτων, ἀλλ' ἄδηλον πότε ὁ δοὺς ἀπαιτήσει. Ὁ οὖν ἢ αὐτὸς μέλλων ἀποθνήσκειν, ἢ τέκνων ἀποθανόντων ὑπεραγανακτῶν, πῶς οὐ καταφανῶς ἐπιλέλησται ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τὰ τέκνα θνητὰ ἐγέννησεν; Οὐ γάρ ἐστι φρένας ἔχοντος ἀνθρώπου ἀγνοεῖν ὅτι ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι θνητὸν, οὐδ' ὅτι γέγονεν εἰς τὸ ἀποθανεῖν. Εἰ γοῦν ἡ Νιόβη, κατὰ τοὺς
C μύθους, πρόχειρον εἶχε τὴν ὑπόληψιν ταύτην, ὅτι

Οὐκ αἰεὶ θαλέθοντι βίῳ,
Βλάσταις τέκνων βριθομένα,
Γλυκερὸν φάος ὁρῶσα

τελευτήσει, οὐκ ἂν οὕτως ἐδυσχέραινεν ὡς καὶ τὸ ζῆν ἐθέλειν ἐκλιπεῖν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς καὶ τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι, ἀνάρπαστον αὐτὴν γενέσθαι πρὸς ἀπώλειαν τὴν χαλεπωτάτην. Δύ' ἐστὶ τῶν Δελφικῶν γραμμάτων τὰ μάλιστ' ἀναγκαιότατα πρὸς τὸν βίον, τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ, Μηδὲν ἄγαν· ἐκ τούτων γὰρ ἤρτηται καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. Ταῦτα δέ ἐστιν ἀλλήλοις

ne menſarii quidem ſcire poſſunt, quando repoſcenda ſit apud eos depoſita ſors. Qui ergo vel ipſe moriturus, vel liberis morientibus nimis indignatur, nonne perſpicuum eſt eum oblitum eſſe mortalem ſe natum fuiſſe, et mortales genuiſſe liberos? neque enim ſani eſt hominis, ignorare hominem animal eſſe mortale, et ad hoc natum ut moriatur. Itaque ſi, ut in fabulis eſt, Niobe hanc ſententiam in promptu habuiſſet, quod

Non ſemper flore liberum,
Vitæque curſu proſpero
Onuſta, ſuave ſolis intuens jubar

moritura eſſet: nunquam profecto eo indignationis prolapſa fuiſſet, ut et vitam cuperet abjicere ob calamitatis molem, et deos precaretur ut ſe ad quamvis graviſſimam perniciem abriperent. Duæ ſunt Delphis inſcriptæ ſententiæ, maxime ad vitæ humanæ uſum neceſſariæ, *Noſce teipſum*, et, *Ne quid nimis*. Ex his depen-

σύμφωνα καὶ συνῳδὰ, καὶ διὰ θατέρου θάτερον ἔοικε D
δηλοῦσθαι κατὰ δύναμιν. Ἔν τε γὰρ τῷ γινώσκειν ἑαυτὸν, περιέχεται τὸ μηδὲν ἄγαν, καὶ ἐν τούτῳ, τὸ γινώσκειν ἑαυτόν. Διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων φησὶν ὁ Ἴων οὕτως,

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
Ἔργον δ' ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν.

ὁ δὲ Πίνδαρος,

Σοφοὶ δὲ, φησὶ, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.

κθ'. Ταῦτα οὖν ἐν διανοίᾳ τις ἔχων ὡς πυθόχρηστα παραγγέλματα, πρὸς πάντα τὰ τοῦ βίου πράγματα ῥᾳδίως ἐφαρμόζειν δυνήσεται, καὶ φέρειν αὐτὰ δεξιῶς, E
εἴς τε τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀφορῶν, καὶ εἰς τὸ μὴ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐν τοῖς προσπίπτουσιν ἢ διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν, ἢ ταπεινοῦσθαι καὶ καταπίπτειν πρὸς οἴκτους καὶ ὀλοφυρμοὺς διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν, καὶ τὸν ἐμφυόμενον ἡμῖν τοῦ θανάτου φόβον, παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν εἰωθότων ἐν τῷ βίῳ συμβαίνειν, κατὰ τὴν τῆς ἀνάγκης ἢ πεπρωμένης μοῖραν. Καλῶς δ' οἱ Πυθαγόρειοι παρεκελεύσαντο, λέγοντες,

dent reliqua omnia: ipſa autem inter ſe concinunt, alterumque alterius videtur vim declarare, alterumque viciſſim in altero ineſt. Itaque Ion ſic de his cecinit:

Brevis eſt, Teipſum fac noris, ſententia:
Præſtare ſolus rem ſed novit Jupiter.

et Pindarus:

Sapientes hanc vocem, Ne quid nimis,
Affatim collaudaverunt.

XXIX. Hæc ergo aliquis animo infixa tenens tanquam Apollinis Pythii oracula, facile ſe ad omnes quas fert vita res accommodare poterit, eaſque dextre ferre, cum in ſuam intuens naturam, tum operam dans ut ne amplius quam convenit vel arrogantia efferatur ob fortunæ eventa, vel animum abjiciat, inque luctus et ejulatus, ob fortunæ vel animi potius imbecillitatem, nobiſque inſitum mortis metum, profectum ab ignoratione eorum quæ nobis in vita neceſſitatis fative decreto contingere ſolent. Egregium eſt Pythagoreorum præceptum:

Ὅσσα δὲ δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
F Ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις, ταύτην ἔχε, μηδ' ἀγανάκτει.

καὶ ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος,

Ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν,
Ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.

καὶ ὁ Εὐριπίδης,

Ὅς τις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.

καὶ ἐν ἄλλοις,

Τὰ προσπεσόντα δ' ὅς τις εὖ φέρει βροτῶν,
117 Ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

λ'. Οἱ δὲ πολλοὶ πάντα καταμέμφονται, καὶ πάντα τὰ παρὰ τὰς ἐλπίδας αὐτοῖς συμβεβηκότα, ἐξ ἐπηρείας τύχης καὶ δαιμόνων γίνεσθαι νομίζουσι· διὸ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὀδύρονται, στένοντες, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀτυχίαν αἰτιώμενοι· πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι,

Θεός δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ,

σὺ σοὶ, καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη. Καὶ διὰ ταύτην γοῦν τὴν διηπατημένην,

F. 1. Ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις] Ἣν ἂν μοῖραν ἔχοις D. Pol. Schott. Mez. At N. Ἣν ὧν. In vulgato exemplo Aur. Carm. Ed. Needham. verſ. 18. Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς.

Injungent divina tibi quos fata dolores,
Hos, utut eveniant, animo fer leniter æquo.

et tragicus Æſchylus:

Virtute præditorum eſt et ſapientium,
Non ſuccenſere in rebus adverſis deo.

et Euripides:

Neceſſitati qui cedit mortalium,
Sapiens apud nos, et divorum gnarus eſt,

atque alibi:

Eventa quiſquis recte fert mortalium,
Mihi modeſtus is videtur et optimus.

XXX. At plerique omnia vituperant, et quidquid eis præter ſpem evenit, exiſtimant malignitate fortunæ ac geniorum accidere: itaque ad omnes caſus ejulant et ingemiſcunt, ac de ſuæ queruntur adverſitate fortunæ: quibus hoc dicto occurrere non inepte liceat,

Non tibi deus nocet, ſed ipſe tu tibi

officis, et tua male inſtituti vecordia. Hæc ſcilicet falſa et fallax opinio facit ut quodvis

VI. Jam primum Socrates hortabatur ut caveremus a cibis qui non eſurientes ad edendum invitant, et potu, qui non ſitientes ad bibendum pellicit: non uſum eorum in univerſum ille interdicens, ſed docens tum utendum eſſe cum eſt neceſſe, voluptate quæ inde percipitur ad neceſſitatem accommodata, ut cum civitas pecuniam alias ſpectaculis impendi ſolitam in uſu militiæ convertit. Quod enim ſuave ſuapte natura eſt, id dum nutritioni inſervit, uſurpare convenit: eſurienteſque frui debemus neceſſario aut ſuavi alimento, non communi appetitui ubi ſatisfactum eſt, invitamentis novos ciere. Sicut enim ipſi Socrati exercitatio corporis non injucunda erat ſaltatio, ita cui bellaria pro cibo ſunt, minus is læditur: id ſummopere cavendum eſt, ne cum pro naturæ modo ſatis accepimus, ac ſaturi ſumus, iſta appetamus. Studio voluptatis ingluvieque circa has res non

ταῦτα φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας οὐδὲν ἧττον ἀπειροκαλίαν καὶ φιλοτιμίαν· καὶ γὰρ αὗται πολλάκις συναναπείθουσι μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἔνια, καὶ πίνειν μὴ διψῶντας, ἀνελευθέρους κομιδῇ καὶ φορτικὰς ὑποβάλλουσαι φαντασίας, ὡς ἄτοπον ἐστὶ πράγματος σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος, οἷον οὔθατος, ἢ μυκήτων Ἰταλικῶν, ἢ Σαμίου πλακοῦντος, ἢ χιόνος ἐν Αἰγύπτῳ. Ταῦτα γὰρ δήπου προάγεται πολλάκις χρῆσθαι τοῖς περιβοήτοις καὶ σπανίοις, ὥσπερ ὑπὸ κνίσης τῆς κενῆς δόξης ἀγομένους, καὶ τὸ σῶμα κοινωνεῖν μὴ δεόμενον ἀναγκάζοντας, ὅπως ἔχωσιν ἑτέροις διηγεῖσθαι, ζηλούμενοι τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὕτω δυσπορίστων καὶ περιττῶν. Ὅμοια δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ἐνδόξους πάσχουσιν. Ἰδίαις μὲν γὰρ ἔστιν ὅτε καὶ καλαῖς καὶ ἀγαπώσαις συναναπαυόμενοι, τὴν ἡσυχίαν ἄγουσι· Φρύνῃ δὲ τελέσαντες ἀργύριον ἢ Λαΐδι, καὶ τὸ σῶμα φαύλως καὶ πρὸς συνουσίαν ἀργῶς ἔχοντες διακείμενον, ἐγείρουσιν ἅμα καὶ παρακαλοῦσι τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὴν ἡδονήν, ὑπὸ τῆς κενῆς

minus vitanda eſt ambitio, et modi decorique imperitia, quibus ſæpe adducuntur homines ut quædam edant non eſurientes, et bibant non ſitientes: dum illiberales plane et intempeſtivæ illæ ſubjiciuntur opiniones, abſurdum ſcilicet eſſe ſi rara re et pretioſa appoſita non fruaris, ut ubere, fungis Italicis, placenta Samia, nive in Ægypto. Hæc enim ſæpenumero impellunt ad veſcendum nobilibus rebus et raris, animo vanæ glorialæ quaſi nidore quodam illecto, corpuſque nulla ejus neceſſitate ei inſervire cogente, ut aliis narrare poſſint quod veſci ipſis obtigerit rebus paratu difficilibus et ſupervacaneis, eoque ſcilicet nomine in admiratione ſint. Quo modo etiam nonnulli cubantes in lecto cum ſuis uxoribus, caris etiam et dilectis, Venere abſtinent: Phrynæ aut Laidi perſoluta mercede, corpus male paratum ad coitum vana opinione ducti extimulant et ad libidinem ir-

δόξης. Αὐτὴ γοῦν ἔλεγεν ἡ Φρύνη πρεσβυτέρα γεγενημένη, τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν. B

ζʹ. Ἔστι δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἂν ὅσων ἡ φύσις δεομένη δέχεται τῶν ἡδονῶν προσιέμενοι τῷ σώματι, μᾶλλον δὲ ἂν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς πράξεις αὐτῷ διαμαχόμενοι καὶ ἀναβαλλόμενοι, καὶ μόλις πάνυ ταῖς ἀνάγκαις χρηματίζοντες, ἤ, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ δάκνοντος καὶ κατατείνοντος ἐνδιδόντες, ἀβλαβεῖς ἀπαλλάττωμεν. Τὰς δὲ ἀνάπαλιν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ σῶμα κατιούσας ἐπιθυμίας, καὶ καταβιαζομένας τοῖς ἐκείνης ὑπηρετεῖν καὶ συνεξανίστασθαι πάθεσιν, οὐδεμία μηχανὴ τὸ μὴ σφοδροτάτας βλάβας καὶ μεγίστας ἐν ἡδοναῖς C ἀσθενέσι καὶ ἀμαυραῖς ἐναπολιπεῖν. Ἥκιστα δὲ ψυχῆς ἐπιθυμίᾳ σῶμα πρὸς ἡδονὰς κινητέον· ἡ γὰρ ἀρχὴ παρὰ φύσιν ἐστί. Καὶ καθάπερ αἱ τῶν μασχαλῶν ψηλαφήσεις οὐκ ἴδιον οὐδὲ πρᾶον οὐδ' ἵλεω γέλωτα τῇ ψυχῇ παρέχουσιν, ἀλλ' ἐοικότα σπασμῷ καὶ χαλεπόν·

ritant. Ipſa quidem Phryne ætate jam gravior dicebat, *ſe fæcem pluris vendere propter ſuam nobilitatem.*

VII. Mirum profectò eſt, et incomparabile hoc commodum, ſi quis conceſſis corporis quas naturæ exigit neceſſitas voluptatibus, immo autem diu corporis deſideriis in actionibus obluctatus, ac obſequi cunctatus, difficulterque admodum ejus neceſſitati gratificatus, aut, ut Plato ait, mordenti atque urgenti obſecutus tandem, illæſum ſe poteſt conſervare. Viciſſim cupiditates quæ in corpus ex animo deſcendunt, idque ſuis cogunt inſervire et comitari motibus, fieri non poteſt quin poſt obſcuras et languidas voluptates, maxima ac vehementiſſima illata damna relinquant. Minime vero animi concupiſcentia ad voluptatem permoveri corpus ſinendum eſt: ipſum enim principium naturæ repugnat: et ſicut axillarum titillatio riſum ab animo elicit non lenem aut placidum, ſed convulſionis ſimilem et mo-

οὕτω πάλιν ὅσας τὸ σῶμα νυττόμενον ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἡδονὰς ἴσχει καὶ ταραττόμενον, ἐκστατικαὶ καὶ ταρακτικαὶ αὗται καὶ ἀλλότριαι τῆς φύσεώς εἰσιν. Ὅταν οὖν τι
D τῶν σπανίων ἀπολαυσμάτων ἢ ἐνδόξων παραγένηται, ταῖς ἀποσχέσεσι μᾶλλον φιλοτιμητέον ἢ ταῖς ἀπολαύσεσι, μεμνημένους ὅτι, καθάπερ ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις· οὕτως ἡμῖν οὔτε ὄψον παρωσαμένοις μετεμέλησεν, οὔτε ὕδωρ ἀντὶ Φαλερίνου πιοῦσιν. Ἀλλὰ τοὐναντίον οὐ μόνον οὐ προσβιαστέον ἐστὶ τὴν φύσιν, ἀλλὰ κἂν δεομένῃ προσφέρηταί τι τῶν τοιούτων, ἐπὶ τὰ λιτὰ καὶ συνήθη πολλάκις ἀποτρεπτέον, ἔθους ἕνεκα καὶ μελέτης, τὴν ὄρεξιν.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή,

φησὶν ὁ Θηβαῖος, οὐκ ὀρθῶς λέγων,

E ——Τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν·——

ἡμεῖς δὲ βέλτιον, ὡς εἴπερ φιλοδοξεῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα,

leſtum: ita quas compunctum ab animo corpus voluptates et turbatum concipit, eæ a natura alienæ ſunt, et ad ſtatum ejus convellendum atque tumultibus exagitandum faciunt. Cum ergo veſcendum offertur rarum aliquid aut nobile, abſtinendo potius quam fruendo quærenda eſt gloria, cogitandumque, ſicut Simonides dixit, *nunquam ſe propter ſilentium, ſæpe propter ſermonem pœnitentia fuiſſe correptum:* ita nobis nunquam pœnitentiam obortam fuiſſe ob repudiatum aliquod obſonium, aut hauſtum aquæ Falerno prælatum, ſed contra. Cæterum tantum abeſt ut vis facienda ſit naturæ dum veſci aliqua re cupimus, ut appetentem etiam plerunque debeamus ad vulgaria et nobis uſitata avertere, ut adſuefaciamus eum et condocefaciamus.

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
Violandum eſt:—

inquit Thebanus ille, improbe quidem: nos rectius ſic dicemus, ſi quærenda eſt gloria,

ἐγκράτεια κάλλιστον ὑπὲρ ὑγιείας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ
μικρολογία καὶ γλισχρότης ἐνίους ἀναγκάζει πιεζοῦντας
οἴκοι τὰς ἐπιθυμίας καὶ κατισχναίνοντας, ἐμπίπλασθαι
παρ' ἑτέροις τῶν πολυτελῶν καὶ ἀπολαύειν, καθάπερ ἐκ
πολεμίας ἀφειδῶς ἐπισιτιζομένους· εἶτα κακῶς διατε-
θέντες, ἀπίασιν, εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἐφόδιον τῆς ἀπληστίας,
τὴν ἀπεψίαν ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Κράτης διὰ τρυ-
φὴν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος οὐχ ἥκιστα τὰς στάσεις καὶ F
τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσι, μετὰ παιδιᾶς παρῄνει,

Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων αἰεὶ ἐς στάσιν ἄμμι βάλῃς.

αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς
λοπάδα αὔξων αἰεὶ, μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρ-
δαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν, ἐπὶ τὸ θρίον καὶ τὸν ἰχθὺν,
εἰς στάσιν ἐκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ ταραχὰς ἐμβάλ-
λειν καὶ διαῤῥοίας. Τὰ γὰρ εὐτελῆ κρατεῖ τὴν ὄρεξιν

E. 4. ἐγκράτεια] Puto legendum ἐγκρατείᾳ. *Continentiæ pulcherrimum eſt, (continentiam maxime decet,) gloriæ ſtudere, ſanitatis cauſa.*

E. 9. ἀπληστίας] ἀσιτίας A. Stobæus § xvii. p. 154. Ed. Trincavelli.

optime quæretur continentia ad ſanitatem conducibili. Veruntamen ſunt, quos ſordes et tenacitas eo adigunt, ut cupiditates ſuas domi comprimentes atque attenuantes, apud alios pretioſis alimentis perfruantur, iiſque ſe impleant non ſecus quam ſi ex hoſtico commeatum nulla cum parſimonia auferrent: deinde male affecti domum redeunt, viaticum ingluviei in diem ſubſequentem habentes cruditatem. Crates, quod cenſeret non minimam cauſam, propter quam in civitatibus ſeditiones exiſterent et tyrannides, eſſe luxum et nimios ſumptus, jocoſe hortabatur cives, *ne ultra lentem ſubinde augendis patinis ſeditionum cauſas præberent.* Quiſque vero ſeipſum hortetur, ne identidem ultra lentes augendo patinas, præteritoque naſturtio et olea ad thrium et piſcem pergendo, corpus in tumultum ac fluxiones ventris ex redundantia conjiciat. Vulgares enim cibi appetitum in-

ἐπὶ τῶν φυσικῶν μέτρων· ὀψοποιῶν δὲ τέχναι καὶ δημι-
126 ουργῶν, καὶ τὰ πανοῦργα ταῦτα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμ-
ματα, κατὰ τὸν κωμικὸν, ἀεὶ τοὺς ὅρους τῆς ἡδονῆς μετα-
τίθησιν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ παραλλάττει τὸ συμφέρον.
Οὐκ οἶδα δὲ ὅντινα τρόπον, ἡμῶν τὰς γυναῖκας ὅσαι
φίλτρα μηχανῶνται καὶ γοητείας ἐπὶ τοὺς ἄνδρας βδελυττο-
μένων καὶ δυσχεραινόντων, μισθωτοῖς δὲ καὶ δούλοις προϊέμεθα
τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα μονονοὺ μαγγανεύειν καὶ φαρμάττειν.
Εἰ τοίνυν καὶ πικρότερον φαίνεται τὸ τοῦ Ἀρκεσιλάου πρὸς
τοὺς μοιχικοὺς καὶ ἀκολάστους εἰρημένον, Μηδὲν διαφέρειν
ὄπισθέν τινα ἢ ἔμπροσθεν εἶναι κίναιδον, οὐκ ἀνάρμοστόν ἐστι
B τοῖς ὑποκειμένοις. Τί γὰρ ὡς ἀληθῶς διαφέρει σατύρια
προσάγοντα κινεῖν καὶ παροξύνειν τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὰς
ἡδονὰς, ἢ τὴν γεῦσιν ὀσμαῖς καὶ καρυκείαις ἐρεθίζειν, ὥσπερ
τὰ ψωριῶντα, κνησμῶν ἀεὶ δεῖσθαι καὶ γαργαλισμῶν;

A. 2. κατὰ τὸν κωμικὸν] Abeſt in Stobæi editione Trincavelli et Cod. Pariſ. A. ab H. Grotio collato. p. 543. Ed. Geſneri.. Comici ſenarius eſt Τὰ πανοῦργα ταῦτ' ὀψάρια καὶ θ' ὑποτρίμματα ut monuit Mez. et Salmaſ.

A. 6. προϊέμεθα] Sic Turn. et margo codicum A. et Voſſ. Vulgo προϊεμένων.

tra naturæ modum continent: coquorum et opificum artes, et callidiſſimæ iſtæ aromatibus conditæ cupediæ, ut appellat Comicus, ſemper fines voluptatum proferunt, utilitatemque ſupplantant. Ac neſcio quomodo fiat, ut uxores, cum ſuos maritos veneficio et poculis amatoriis adoriuntur, execremur averſemurque: interim mercenariis et ſervis permittamus ut cibos et obſonia tantum non lenocinio commendent atque veneficio. Ergo tametſi acerbius videri poteſt Arceſilai dictum in adulteros ac libidinoſos, *Nihil differre anticave an poſtica corporis parte cinædus aliquis ſit*: noſtro tamen propoſito non male congruit. Quid enim intereſt, ſi veritatem rei ſpectes, ſatyriiſne aliquis libidinem provocet, aut guſtatum odoribus et condimentis irritet, ac ſcabioſæ partis alicujus inſtar prurituſemper titillationeque indigeat?

η΄. Ἄλλοτε μὲν οὖν πρὸς τὰς ἡδονὰς λεκτέον ἴσως, τὸ καλὸν καὶ σεμνὸν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τῆς ἐγκρατείας οἷόν ἐστι δεικνύντας· ὁ δὲ νῦν λόγος ὑπὲρ πολλῶν ἡδονῶν καὶ μεγάλων ἐστίν. Οὔτε γὰρ πράξεις, οὔτε ἐλπίδας, οὔτε ἀποδημίας, οὔτε διαγωγὰς αἱ νόσοι τοσαύτας, ὅσας ἡδονὰς ἡμῶν ἀφαιροῦνται καὶ διαφθείρουσιν. Ὅθεν ἥκιστα λυσιτελεῖ καταφρονεῖν τῆς ὑγείας τοῖς μάλιστα τὴν C
ἡδονὴν διώκουσι. Καὶ γὰρ φιλοσοφεῖν ἀῤῥωστίαι πολλοὺς παρέχουσι, καὶ στρατηγεῖν νὴ Δία καὶ βασιλεύειν· ἡδοναὶ δὲ σωματικαὶ καὶ ἀπολαύσεις ἔνιαι μὲν οὐδ᾽ ὅλως γένεσιν ἐν νόσῳ λαμβάνουσιν, αἱ δὲ λαμβάνουσαι, βραχὺ τὸ οἰκεῖον καὶ οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ συμπεφυρμένον πολλῷ τῷ ἀλλοτρίῳ καὶ μεμωλωπισμένον, ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος ἀναφέρουσιν. Οὐ γὰρ ἐν πλησμοναῖς Κύπρις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν εὐδίᾳ σαρκὸς καὶ γαλήνῃ. Καὶ Κύπρις εἰς ἡδονὴν τελευτᾷ, καὶ βρῶσις καὶ πόσις· ἡ δὲ

C. 2. πολλοὺς παρέχουσι] πολλοῖς παρέχουσι Mez. Turn.

VIII. Fortaſſis ſuus locus erit alias, ubi adverſus voluptates dicamus, et quæ pulchritudo ac dignitas continentiæ per ſe ſit demonſtrabimus. In præſentia autem multis magniſque voluptatibus noſtra patrocinatur oratio. Non enim tot actionibus, conatibus, peregrinationibus aut ludis morbi nos privant, quam multis voluptatibus nos ſpoliant: ut qui maxime voluptates conſectantur, minime iis expediat ſanitatem negligere. Sunt quibus in adverſa valetudine liceat tamen philoſophari, atque etiam imperia gerere et regnare: at corporis voluptates aliæ omnino exiſtere in morbo non poſſunt, aliæ ut oboriantur, parum habent genuini ac ſinceri, ſed multis alienis confuſæ contaminatæque affectionibus veluti ex æſtu et tempeſtate emergunt. Non enim *in redundantia corporis Venus locum habet*, ſed carnis quaſi ſereno et tranquillo ſtatu Venerem, cibumque et potum voluptas ſubſequitur: et ſanitas voluptatibus, veluti ſere-

D ὑγεία ταῖς ἡδοναῖς, ὥσπερ ἡ γαλήνη ταῖς ἀλκυόσιν, ἀσφαλῆ καὶ καλὴν γένεσιν καὶ λοχείαν ἐνδίδωσιν. Κομψῶς γὰρ ἔοικεν ὁ Πρόδικος εἰπεῖν, ὅτι τῶν ἡδυσμάτων ἄριστόν ἐστι τὸ πῦρ. Ἀληθέστατον δ' ἄν τις εἴποι τὴν ὑγείαν ἥδυσμα θειότατον εἶναι καὶ προσηνέστατον. Ἑφθὰ μὲν γὰρ καὶ ὀπτὰ καὶ πεπτὰ βρώματα νοσοῦσιν ἢ κραιπαλῶσιν ἢ ναυτιῶσιν οὐδεμίαν ἡδονὴν οὐδὲ χάριν ἀποδίδωσι, καθαρὰ δὲ καὶ ἀκραιφνὴς ὄρεξις ὑγιαίνοντι σώματι πᾶν ἡδὺ ποιεῖ, καὶ ἁρπαλέον, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ πρόσφορον.

θ'. Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ὁ Δημάδης πολεμικοὺς ἀκαίρως
E τοὺς Ἀθηναίους ὄντας ἔλεγε μηδέποτε χειροτονεῖν εἰρήνην ἄνευ μελάνων ἱματίων, οὕτω καὶ ἡμεῖς οὐδέποτε μεμνήμεθα λιτῆς διαίτης καὶ σώφρονος ἄνευ καύσεων καὶ καταπλασμάτων· ἔν τε τούτοις γινόμενοι πιέζομεν σφόδρα τὰς ἁμαρτίας, ἐναπερειδόμενοι τῇ μνήμῃ, καὶ καθάπερ οἱ πολλοί,

D. 4. Ἀληθέςατον δ' ἂν] Sic Mss. Vulgo ἀληθέςατον γὰρ ἄν. Stob. ἀληθέςερον γὰρ ἂν p. 541.

nitas alcyonibus, commodum tutumque ortum præbet. Eleganter quidem dictum eſt a Prodico, omnium condimentorum ſuaviſſimum eſſe ignem. Sed veriſſime dixeris, ſanitatem condimentum eſſe diviniſſimum et jucundiſſimum. Elixa quippe, aſſata, et cocta nullam voluptatem afferunt, neque grata ſunt ægrotantibus aut crapula nauſeave laborantibus: ſano corpori ſincerus et integer appetitus omnia facit dulcia, et quæ, ut Homerus ait, *avide rapiantur atque ſumantur.*

IX. Verum ſicut Demades de Athenienſibus intempeſtivo belligerandi ſtudio deditis dicebat, nunquam niſi atratos pacem decernere: ita et nos nunquam tenui et temperante victus de ratione cogitamus, niſi cum a medicis urimur, et medicamenta nobis impinguntur: quo quidem noſtro ſtatu delicta noſtra valde ſupprimimus, memoriæ eorum reluctantes: et vulgus imitamur hominum, qui intemperantiam

νῦν μὲν ἀέρας, νῦν δὲ χώρας ἐπιμεμφόμενοι νοσώδεις, ἀποδημίας τέ τινας λέγουσιν, ἐξαιρούμενοι τῆς αἰτίας τὴν ἀκρασίαν καὶ φιληδονίαν. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ Λυσίμαχος ἐν Γέταις συσχεθεὶς δίψῃ, καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν μετὰ στρατεύματος αἰχμάλωτον, εἶτα πιὼν ὕδωρ ψυχρόν, Ὦ θεοί, εἶπεν, ὡς βραχείας ἡδονῆς ἕνεκα F μεγάλην εὐδαιμονίαν ἀπεβαλόμην· οὕτως ἀνοιστέον ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις πρὸς αὑτούς, ὡς διὰ ψυχροποσίαν ἢ λουτρὸν ἄκαιρον, ἢ συμπεριφοράν, πολλὰς μὲν αὑτῶν διαφθείρομεν ἡδονάς, καλάς τε πράξεις, ἐπιτερπεῖς τε διαγωγὰς ἀπωλέσαμεν. Ὁ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων ἀναλογισμῶν δηγμὸς αἱμάσσει τὴν μνήμην, ὥστε οἷον οὐλὴν παραμένουσαν ἐν τῷ ὑγιαίνειν, εὐλαβεστέρους ποιεῖν περὶ τὴν δίαιταν. Οὐδὲ γὰρ ἄγαν τὸ ὑγιαῖνον σῶμα φύσει 127 μεγάλας ἐπιθυμίας, οὐδὲ δυσπειθεῖς, οὐδὲ ἀσυνήθεις, οὐδὲ δυσεκβιάστους· ἀλλὰ δεῖ θαῤῥεῖν πρὸς τὰς ὀρέξεις

A. 1. ἄγαν τὸ ὑγιαῖνον σῶμα φύσει] φύσει in futuro accipiendum *gignet*. Alioquin ἄγεται legi poſſit pro ἄγαν τὸ, quod Reiſkio etiam in mentem venit: aut φύει quod Xylander vertendo ſecutus videtur.

et nimium voluptatis ſtudium ſuum diſſimulantes, regionem morbo obnoxiam, aut luem publice graſſantem cauſantur. Lyſimachus apud Getas ſiti eo redactus, ut ſe cum toto exercitu in poteſtatem hoſtium dederet, poſtea cum frigidam bibiſſet, Dii boni, inquit, quam ob brevem voluptatem ſummam amiſi felicitatem. Nos quoque in morbis nobiſcum reputemus, ob frigidæ potum, aut intempeſtivum balnei uſum, aut obſequium in convivio præſtitum, nos multas noſtras perdidiſſe voluptates, actionesque honeſtas, et jucundas oblectationes: morſus enim hujuſmodi ratiocinationum memoriam ſauciat, ut quaſi cicatrix reliqua in ſanitate nos cautiore uti moneat victus ratione. Non enim nimis vehementes appetitiones in corpore ſano exiſtent, neque contumaces, neque inſolentes aut quæ coerceri non poſſunt: ſed obfirmandus eſt animus contra concupiſcentias iſtas,

ἐκφερομένας, καὶ ἐπιπηδώσας ταῖς ἀπολαύσεσιν, ὡς ἐλαφρὸν καὶ παιδικὸν ἐχούσας τὸ μεμψιμοιροῦν καὶ κλαυθμυριζόμενον, εἶτα παυομένας ἀρθείσης τῆς τραπέζης, καὶ μηδὲν ἐγκαλούσας μηδὲ ἀδικουμένας, ἀλλὰ τοὐναντίον καθαρὰς καὶ ἱλαρὰς καὶ οὐ βαρείας, οὐδὲ ναυτιώδεις περιμενούσας τὴν αὔριον. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ Τιμόθεον
B εἰπεῖν τῇ ὑστεραίᾳ δεδειπνηκότα ἐν ἀκαδημίᾳ παρὰ Πλάτωνι μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον, Ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ εἰσαύριον ἡδέως γίνονται. Λέγεται δὲ καὶ Ἀλέξανδρος εἰπεῖν τοὺς τῆς Ἄδας ὀψοποιοὺς ἀποπεμψάμενος, Ὡς ἔχει βελτίονας ἄγειν ἀεὶ σὺν αὑτῷ, πρὸς μὲν τὸ ἄριστον τὴν νυκτοπορίαν, πρὸς δὲ τὸ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριστίαν.

ι΄. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι καὶ διὰ κόπους πυρέττουσιν ἄνθρωποι, καὶ δι' ἐγκαύσεις καὶ διὰ περιψύξεις. Ἀλλ' ὥσπερ αἱ τῶν ἀνθέων ὀσμαὶ καθ' ἑαυτὰς

B. 1. εἰπεῖν] φασὶ aut excidit, aut ſubaudiendum.
B. 4. τῆς Ἄδας] Repoſui ex A. E. Voſſ. Xyl. Anon. Mez. T. V. Cod. Stobæi A. Vulgo et in Stobæi editis libris ἰθάδας. Mox ἄγειν omittit idem Cod. Stob.

ubi inter fruendum ſeſe efferunt et exultant, tenendumque querimonias earum et ejulatus viles eſſe ac pueriles, et horum finem fore ſublata menſa, ac proinde appetitus iſtos nulla injuria affectos, nihil nobiſcum conqueſturos, ſed contra puros ac hilares, non moleſtos aut faſtidioſos, craſtinam diem expectaturos. Huc pertinet quod Timotheus cum pridie in Academia cœnæ Platonis philoſophicæ ac frugali interfuiſſet, dixit: Qui cum Platone cœnarent, eos poſtridie etiam ſuaviter vivere. Sed et Alexandrum Magnum narrant dixiſſe, cum Adæ coquos relegaſſet, meliores ſe habere quos ſecum ducat: nempe nocturnum iter quod ei prandium, et exilitatem prandii, quæ cœnam faceret dulcem.

X. Non ſum neſcius febres hominibus, et ob defatigationes, et ob nimios cum æſtus tum algores accidere. Sed tamen ſicut florum odores imbecilles ſuapte natura, quando

ἀσθενεῖς, εἰσμιχθεῖσαι δὲ τῷ ἐλαίῳ ῥώμην ἴσχουσι καὶ τόνον·
οὕτω ταῖς ἔξωθεν αἰτίαις καὶ ἀρχαῖς, οἷον οὐσίαν καὶ σῶμα C
παρέχει τὸ πλῆθος ὑποκείμενον. Ἄνευ δὲ τούτων,
χαλεπὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐξαμαυροῦνται καὶ διαχέονται ῥᾳ-
δίως, αἵματος λεπτοῦ καὶ πνεύματος καθαροῦ δεχομένου
τὴν κίνησιν· ἐν δὲ πλήθει καὶ περιττώματι, οἷον ἰλὺς
ἀναταραττομένη μιαρὰ ποιεῖ πάντα καὶ δυσχερῆ καὶ δυσ-
απάλλακτα. Διὸ δεῖ μὴ καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι
πολλὰ δι' ἀπληστίαν ἐμβαλόμενοι, τοὐντεῦθεν ἤδη διατε-
λοῦσιν ἀντλοῦντες καὶ ὑπεξαίροντες τὴν θάλατταν, οὕτως ἐμ-
πλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας ὑποκαθαίρειν αὖθις
καὶ ὑποκλύζειν· ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλὲς, ὅπως κἂν πιεσθῇ D
ποτε, φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται.

ιά. Μάλιστα δὲ προφυλακτέον ἐν ταῖς προπα-
θείαις καὶ προαισθήσεσιν. Οὐ γὰρ ἅπασαι, κατὰ τὸν

B. 11. ἀσθενεῖς, εἰσμιχθεῖσαι] ἀσθενεῖς εἰσὶ, μιχθεῖσαι E. Venet. Voſſ. Mez. Xyl. Medium tenent Ald. Baſ. εἰσιμιχθεῖσαι.

C. 1. οὐσίαν] Sumpſi a Pol. Jannot. Bong. Mez. Vulgo οὐσίαις.

oleo admiſcentur, vires vigoremque nanciſcuntur: ita externis cauſis atque principiis redundantia humorum in corpore veluti ſubſtantiam et corpus ſuppeditat: abſque hac nihil mali cauſæ illæ inferunt, ſed elangueſcunt diſſipanturque facile, ſanguine tenero et ſpiritu puro motum excipiente: ubi autem redundantia eſt humorum, ibi velut cœnum quoddam exagitatur impurum, omniaque difficilia reddit et pertinacia. Non igitur imitari debemus bonos naviculatores, corpuſque ſubinde impletum et oneratum, purgando rurſum et proluendo evacuare: ſicut illi ob avaritiam multa in naves cum ingeſſerunt, aſſiduo deinceps aquam exhaurire coguntur: ſed corpora noſtra habilia et expedita ſervare, ut etiam ſi aliquando premantur, ob levitatem ſuberis inſtar ſurſum ſeſe efferant.

XI. Maxime autem præcavendum eſt in præſenſionibus morborum. Non enim omnes morbi invadunt nos,

Ἡσίοδον, ἐπιφοιτῶσιν αἱ νόσοι,

Σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς·

ἀλλ' αἱ πλεῖσται καθάπερ προαγγέλους καὶ προδρόμους καὶ κήρυκας ἔχουσιν, ἀπεψίας καὶ δυσκινησίας. Βαρύτητες καὶ κόποι, φησὶν Ἱπποκράτης, αὐτόματοι νοῦσον φράζουσι, διὰ πλῆθος, ὡς ἔοικεν, ἐντὸς διάτασιν καὶ σφήνωσιν τοῦ περὶ τὰ νεῦρα πνεύματος ἔχοντος. Ἀλλ' E ὅμως αὐτοῦ μονονουχὶ τοῦ σώματος ἀντιτείνοντος καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὸ κλινίδιον καὶ τὴν ἡσυχίαν, οἱ μὲν ὑπὸ λαιμαργίας καὶ φιληδονίας ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὰ βαλανεῖα, καὶ σπεύδουσιν ἐπὶ τὰς προπόσεις, ὥσπερ εἰς πολιορκίαν, ἐπισιτιζόμενοι, καὶ δεδιότες μὴ φθάσῃ καταλαβὼν αὐτοὺς ὁ πυρετὸς ἀναρίστους. Οἱ δὲ κομψότεροι ταύτῃ μὲν οὐχ ἁλίσκονται, πάνυ δὲ ἀβελτέρως, αἰσχυνόμενοι κραιπάλην ἢ ἀπεψίαν ὁμολογεῖν, καὶ διημερεύειν ἐν ἱματίοις, ἑτέρων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδιζόντων καὶ F παρακαλούντων, ἀναστάντες συναποδύονται, καὶ τὰ αὐτὰ

ſicut Heſiodus ait:

Muti, nam vocis privavit Jupiter uſu.

Sed plerique tanquam prænuncios habent et præcurſores ac præcones ſuos, cruditatem et motus difficultatem. *Gravitas membrorum*, inquit Hippocrates, *et defatigationes ſponte ortæ morbum indicant*: nimirum ob plenitudinem ſpiritu nervorum compreſſo et obſtructo. Sed tamen multi, reluctante tantum non ipſo corpore et in grabatum atque ad quietem trahente, ob gulam et luxuriam ſeipſos in balnea conjiciunt, et ad propinationes feſtinant, veluti obſidione imminente commeatu ſe inſtruentes, metuenteſque ne impranſos febris corripiat. Qui videri volunt elegantiores, hac ratione non peccant: ſed ſtolide admodum, dum pudet crapulam aut cruditatem confiteri, et in lecto diem exigere, aliis ad gymnaſium euntibus et ipſos eodem vocantibus, ſurgunt, et exercitationibus ſeſe quoque dant, eademque cum ſa-

προσάπτουσι τοῖς ὑγιαίνουσι. Τοὺς δὲ πλείονας ἀκρασία καὶ μαλακία συνήγορον ἔχουσα παροιμίαν, ἐλπὶς ἀναπείθει καὶ προάγεται βαδίζειν ἀναστάντας ἰταμῶς ἐπὶ τὴν συνήθειαν, ὡς οἴνῳ δὴ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ τὴν κραιπάλην ἐξελόντας καὶ διαφορήσαντας. Πρὸς μὲν οὖν ταύτην τὴν ἐλπίδα, τὴν τοῦ Κάτωνος εὐλάβειαν ἀντιτακτέον, ἥν φησιν ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, Τὰ μὲν μεγάλα μικρὰ ποιεῖν, τὰ δὲ μικρὰ παντελῶς ἀναιρεῖν· καὶ ὅτι 128
κρεῖττον ἔνδειαν ὑπομεῖναι διακενῆς καὶ ἡσυχίαν, ἢ διακυβεῦσαι πρὸς λουτρὸν ὠσαμένους καὶ δεῖπνον. Εἰ μὲν γὰρ ἐστί τι, βλάψει τὸ μὴ φυλάξασθαι, μηδὲ ἐπισχεῖν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐ βλάψει τὸ συσταλῆναι τῷ σώματι, καὶ γενέσθαι καθαρώτερον. Ὁ δὲ παιδαριώδης ἐκεῖνος, καὶ τοῖς φίλοις δεδιὼς καὶ τοῖς οἰκέταις φανερὸς γενέσθαι διακείμενος ἐκ πλησμονῆς ἢ κραιπάλης ἀηδῶς, αἰσχυνόμενος ἀπεψίαν ὁμολογῆσαι τήμερον, αὔριον ὁμολογήσει

F. 3. καὶ μαλακία συνήγορον ἔχουσα—ἐλπὶς] Non apta ſententia: quæ conſtituenda interjiciendo καὶ poſt μαλακία. Reſpicitur ad Proverbium πάτταλος παττάλῳ ἐκκρούεται, *clavus clavo extruditur*. Ad hanc rationem correxi verſionem. Mox legendum ἐξελῶντας καὶ διαφορήσοντας, *expulſuri, diſcuſſuri*.

nis agunt. Plurimos intemperantia et mollities, et ſpes patrocinium a proverbio quærens, ut vinum vino, crapulam crapula expulſuros et diſcuſſuros, movet, perſuadetque ut omiſſo lecto audacter ad conſueta redeant pocula. Cui quidem ſpei Catonis illa opponi debet *cautio*, *qua* is dicebat *magna imminui, parva omnino aboleri:* tenendumque eſt, præſtare fruſtra abſtinuiſſe et quieviſſe, quam ſanitatem ad balneum aut cœnam ſe proripiendo in periculum conjicere. Etenim ſi mali aliquid ſubeſt, non caviſſe, non ſe inhibuiſſe nocebit: ſi nihil ſuberat mali, non obeſt corpori abſtinentia illa, qua factum eſt purius. Puerilis autem ille, qui veretur ne ſe ob repletionem aut crapulam male affectum amici aut famuli ſentiant: dum hodie pudet cruditatem confiteri,

καταῤῥοίαν, ἢ πυρετὸν, ἢ στρόφον.

Αἰσχυνόμενος, αἴσχιστα πενίαν φέρεις,

B πολὺ δὲ αἴσχιον ἀπεψίαν καὶ βαρύτητα καὶ πλησμονὴν σώματος, εἰς βαλανεῖον ἑλκόμενος, καθάπερ εἰς θάλασσαν σαθροῦ πλοίου καὶ μὴ στέγοντος. Ὥσπερ γὰρ ἀμέλει πλέοντες ἔνιοι χειμῶνος ὄντος αἰδοῦνται ἐπ' ἀκτῆς διατρίβειν, εἶτα ἀναχθέντες, αἴσχιστα διάκεινται βοῶντες, καὶ ναυτιῶντες· οὕτως ἐν ὑποψίᾳ καὶ προπαθείᾳ σώματος ἀγεννὲς ἡγούμενοι μίαν ἡμέραν ἐν κλίνῃ διαγαγεῖν, καὶ μὴ παραθέσθαι τράπεζαν, αἴσχιστα πολλὰς ἡμέρας κεῖνται καθαιρόμενοι, καὶ καταπλασσόμενοι, καὶ θωπεύοντες ἰατροὺς καὶ θεραπεύοντες, οἶνον αἰτοῦντες ἢ ψυχρὸν
C ὕδωρ, ἄτοπα καὶ ἀγεννῆ πολλὰ ποιεῖν καὶ φθέγγεσθαι διὰ τὸν πόνον καὶ τὸν φόβον ὑπομένοντες. Καὶ μὴν τούς γε διὰ τὰς ἡδονὰς μὴ κρατοῦντας ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐγ-

A. 11. Αἰσχυνόμενος.] Vulgo male ad antecedentia refertur. Dictum eſt Menandri ap. Stob. Serm. xciii. p. 514. Grot. Exc. p. 383. ubi explendo numero additum τήν.

B. 6. προπαθείᾳ] Sic Bong. et Margo Voſſ. a προπάσχειν, *præpati*, dicatur *præpaſſio*.

cras fatebitur fluxionem, aut febrem, aut tormina.

Turpiter inopiam, ejus ſi te pudet, feres:

inquit ille: multo turpius feres cruditatem, gravitatem corporis et redundantiam, ſi corpus in balneum trahas, velut navim putridam rimiſque hiantem in mare. Sicut enim qui navigantes ſub tempeſtatem dum in litore tempus terere pudori habent, deinde in altum provecti turpiſſime vociferando et nauſeando ſe gerunt: ita in ſuſpicione morbi corporeque non bene affecto qui parum decorum putant unam diem in lecto conſumere ciboque abſtinere, turpiſſime per plures inde dies decumbunt, dum purgantur, et medicamentis oblinuntur, mediciſque adulantur, et demerentur vinum petentes aut frigidam, turpiaque multa et abjecta facere ac dicere ob dolorem et metum ſuſtinent. Et vero qui propter voluptates ſibi ipſis non imperant, ſed

κλίνονται ἢ φερομένους ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, καλῶς ἔχει διδάσκειν καὶ ἀναμιμνήσκειν ὅτι πλεῖστον ἐκ τοῦ σώματος αἱ ἡδοναὶ λαμβάνουσι.

ιβ'. Καὶ καθάπερ οἱ Λάκωνες ὄξος καὶ ἅλας δόντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύουσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν· οὕτως ἐν τῷ σώματι τοῦ προσφερομένου τὰ κάλλιστα τῶν ἡδυσμάτων ἐστὶν, ἄνπερ ὑγιαίνοντι καὶ καθαρῷ προσφέρηται. Γλυκὺ μὲν γὰρ ἢ πολυτελὲς, ἔξω καὶ καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων ἐστίν· ἡδὺ δὲ πέφυκεν ἐν τῷ ἡδομένῳ καὶ μετὰ τοῦ ἡδομένου γίνεσθαι κατὰ φύσιν ἔχοντος· ἐν δὲ δυσαρέστοις D
καὶ κραιπαλῶσι καὶ φαύλως διακειμένοις πάντα τὴν αὑτῶν χάριν καὶ ὥραν ἀπόλλυσι. Διὸ δεῖ μὴ σκοπεῖν τὸν ἰχθὺν εἰ πρόσφατος, μηδὲ τὸν ἄρτον εἰ καθαρὸς, μηδὲ τὸ βαλανεῖον εἰ θερμὸν, μηδὲ τὴν ἑταίραν εἰ εὔμορφος· ἀλλ' αὐτὸν, εἰ μὴ ναυτιώδης, μηδὲ θολερὸς, μηδὲ

C. 12. ἐστίν· ἡδὺ] ἡδὺ ex eſt A. Voſſ. Pol. Leonic. Schott. Anon. Xyl. T. V. B. Salmaſ. Reliqui perperam ἤδη. Deeſt adhuc quid initio ad nexum ſententiæ. Mez. corrigit Τὸ μὲν γὰρ γλυκύ. Poſſis item explere καθ' αὑτό τι τῶν τοιούτων, aut ἐστὶν mutare in ἕκαστον.

cupiditatibus ſuis aguntur aut inclinantur, docendi ſunt et admonendi, maximam ſui partem voluptates ex ipſo ſumere corpore.

XII. Et quemadmodum Spartani coquo acetum et ſalem dantes, reliqua in ipſo quod mactandum erat animali jubebant quærere: ita in corpore ejus quod huic exhibetur condimenta præcipua inſunt, ſi ſano ei exhibetur, atque puro. Quod enim cibus potuſve aliquis dulcis eſt, quod pretioſus, id a ſua natura habet, et extra corpus fruentis: ſuavis autem fit et jucundus ita demum, ſi fruentis corpus ſecundum naturam affectum eo delectetur: qui vero eum averſantur, aut ebrii vel ægroti ſunt, apud hos iſta omnem ſuam gratiam venuſtatemque amittunt. Itaque non conſiderandum eſt, an recens ſit piſcis, an purus ſit panis, an balneum calidum, an ſcortum formoſum: ſed an qui his frui vult, nauſea vacet, corporis

ἔωλος, μηδὲ τεταραγμένος. Εἰ δὲ μὴ, καθάπερ εἰς οἰ-
κίαν πενθοῦσαν ἐμβαλόντες ἐπίκωμοι μεθύοντες, οὐ φιλο-
φροσύνην παρέσχον οὐδὲ ἡδονὴν, ἀλλὰ κλαυθμοὺς ἐποί-
ησαν· οὕτω καὶ ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος
E ἐν σώματι κακῶς καὶ παρὰ φύσιν ἔχοντι μιγνύμενα
τοῖς μὴ καθεστῶσι καὶ διεφθορόσι, φλέγμα καὶ χολὴν
κινεῖ καὶ ταράττει καὶ προσεξίστησιν, ἡδὺ δὲ οὐδὲν ἀξιο-
λόγως, οὐδὲ ἀπολαυστικὸν οὐδὲν, οἷον προσεδοκήσαμεν,
ἀποδίδωσιν.

ιγ'. Ἡ μὲν οὖν ἀκριβὴς σφόδρα καὶ δι' ὄνυχος λεγομένη δίαιτα, τό, τε σῶμα κομιδῇ ψοφοδεὲς παρέχεται καὶ σφαλερόν· αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς τὸ γαῦρον κολούει, πάντα πράγματα καὶ πᾶσαν οὐχ ἧττον ἐν ἡδοναῖς καὶ πόνοις διατριβὴν καὶ πρᾶξιν ὑφορωμένης, καὶ πρὸς

E. 2. *καὶ διεφθορόσι*] Sumpſi *καὶ* ex Stobæo, Voſſ. margine codicis Pariſ. A. T. Cæteri et vulgo *μηδέ*. Xyl. pro antecedenti *μὴ* exhibuit *μέν*; quod non probo. Poſſit et alia conjectura valere *τοῖς διεφθορόσι μηδὲ καθεστῶσι*: item *τοῖς μὴ καθεστῶσι μηδὲ διαπεφορηκόσι qui nondum concoxerunt cibos.*

E. 6. *δι' ὄνυχος*] Stob. *διώνυχος*.

E. 10. *ὑφορωμένης*] Dedi ex E. margine Voſſ. Stob. Bong. Xyl. Vulgo *ὑφορωμένοις*.

tranquillo ſit ſtatu, non heſterna crapula vexetur, non perturbatus ſit: alioqui ſicut comeſſatores ebrii in domum lugentium invadentes, non lætitiam aut delectationem adferunt, ſed fletus excitant: ita venus, obſonia, balneum, vinum, corpori adhibita contra naturam affecto, pituitam bilemve concitant, tumultuque illato etiam ſanas adhuc partes corrumpunt, ſperatæ autem voluptatis et delectationis conferúnt nihil.

XII. Enimvero accuratiſſima illa et ad unguem (ut aiunt) explorata victus ratio, corpus reddit admodum meticuloſum et periculis obnoxium, ipſiuſque animi alacritatem retundit, omnibus de rebus, omni tam laboris tractatione quam voluptatis fruitione ſuſpicantem ſiniſtri aliquid, nihilque confidenter aggredi-

μηθὲν ἰταμῶς καὶ θαρραλέως βαδιζούσης. Δεῖ δέ, ὥσπερ ἱστίον τὸ σῶμα, μήτε συστέλλειν εὐδίας οὔσης, καὶ πιέζειν σφόδρα, μήτ' ἀνειμένως χρῆσθαί τε καὶ καταφρονεῖν ἐν ὑποψίᾳ γινόμενον, ἀλλ' ἐνδιδόναι καὶ ποιεῖν ἐλαφρόν, ὥσπερ εἴρηται· καὶ μὴ περιμένειν ἀπεψίας καὶ διαῤῥοίας, μηδὲ θερμασίας, μηδὲ νάρκας, ἀφ' ὧν ἔνιοι μόλις ὥσπερ ὑπ' ἀγγέλων, ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος ἤδη, θορυβούμενοι συστέλλουσιν ἑαυτούς, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἐξ-ευλαβεῖσθαι περὶ χείματος, ὥς ἀνὰ πόντιαν ἄκραν Βοῤῥᾶ πνέοντος.

ιγ'. Ἄτοπον γὰρ ἐπὶ κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς, καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων, καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὡς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένους πνευμάτων καὶ ὄμβρων· τὰ δὲ τοῦ σώματος κινήματα καὶ σάλους καὶ προπαθείας μὴ προλαμβάνειν μηδὲ προφυλάττειν, μηδὲ ἔχειν σημεῖα χειμῶνος ἐν

F. 5. ἀφ' ὧν] Ita omnes libri. Attamen legendum ὑφ' ὧν, ut Salmaſ. et Jun.

entem. Oportet autem corpus navalis inſtar veli neque ſereno et tranquillo cœlo nimis contrahere aut comprimere, neque cum aliquis ſubeſt metus, nimis paſſo et laxato eo uti: ſed concedendum eſt aliquid corpori, allevandumque eſt, neque eo uſque differenda cura, dum cruditates jam, et fluxus alvi immodicus, aut æſtus torporeſve ingruant: quibus nonnulli vix tandem tanquam a nunciis aut apparitoribus admoniti febrim eſſe ante fores, conturbantur, et moderari ſibi incipiunt: cum debuerint eminus *ante tempeſtatem ſibi præcavere, veluti qui obſervant Boream,* ut ille ait, *ad maritimum promontorium flatu impingentem.*

XIII. Eſt enim abſurdum, cum crocitationibus corvorum, gallinarum cantillationibus, ſuumque furioſis in cœno volutationibus, ut appellat Democritus, ſtudioſe animum attendamus, ventorum inde et imbrium præſagia ſumentes: motus nos corporum noſtrorum, et jactationes, affectioneſque morbum antecedentes non obſervare, non præcavere,

ἑαυτῷ γενησομένου καὶ μέλλοντος. Ὅθεν οὐ περὶ τροφὴν
B μόνον οὐδὲ γυμνάσια δεῖ φυλάττειν τὸ σῶμα μὴ παρὰ
τὸ εἰωθὸς ἅπτηται τούτων ὀκνηρῶς καὶ ἀπροθύμως, ἢ πάλιν
διψῶδές ἐστι καὶ πειναλέον ὡς οὐ πέφυκεν· ἀλλὰ καὶ τῶν
ὕπνων τὸ μὴ συνεχὲς μηδὲ λεῖον, ἀλλ' ἀνωμαλίας ἔχον
καὶ διασπασμοὺς, εὐλαβεῖσθαι, καὶ νὴ Δία τῶν ἐνυπνίων
τὴν ἀτοπίαν, ἄνπερ ὦσι μὴ νόμιμοι μηδὲ συνήθεις αἱ
φαντασίαι, πλῆθος ἢ πάχος ὑγρῶν ἢ πνευμάτων ταραχὴν ἐντὸς κατηγοροῦσαι. Ἤδη δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς
κινήματα τὸ σῶμα μηνύει πρὸς νόσον ἐπισφαλῶς ἔχειν.
Ἄλογοι γὰρ ἴσχουσιν ἀθυμίαι καὶ φόβοι, πολλάκις ὑπ'
C οὐδενὸς φανεροῦ τὰς ἐλπίδας ἄφνω κατασβεννύουσαι. Γίνονται δὲ καὶ ταῖς ὀργαῖς ἐπίχολοι, καὶ ὀξεῖς, καὶ μικρόλυποι, καὶ δακρυρροοῦσι καὶ ἀδημονοῦσιν, ὅταν ἀτμοὶ πονηροὶ καὶ ἀναθυμιάσεις πικραὶ συνιστάμεναι, ταῖς τῆς ψυ-

B. 2. ἅπτηται] Malim ἅπτεται.
B. 8. κατηγοροῦσαν] Ita unus Voſſ. nec in Contextu, ſed ſupra adſcriptum. Tamen res ipſa poſtulat.

neque indicia futuræ in nobis tempeſtatis præcipere animo. Ergo non ad nutritionem modo corporis quod attinet, et exercitationes notandum eſt, an iis corpus ſegnius minorive cum alacritate, quam conſueverat, utatur, et an ſolito amplius fame ſitive tentetur: ſed ſomnus quoque ſi continuus aut lenis non ſit, verum inæquabilitatem habeat et divulſiones, ſuſpicionem nobis morbi injicere impendentis debet: atque ipſa adeo ſomnia abſurda ſi ſint, viſaque nobis per quietem offerantur non legitima neque conſueta, multitudinem aut craſſitiem humorum internam, ſpirituumve conturbationem deferunt. Ipſi etiam motus animi ſignificant interdum corpus ad morbum eſſe proclive: nulla enim cauſa extante oboriuntur aliquando ſubitæ mœſtitiæ et metus, repente ſpes animo conceptas exſtinguentes: ſtomachus quoque facile quibuſdam movetur, iraſque et dolores celeriter minutiſſimas ob res ſuſcipiunt, lachrymantque et animi ſeſe angunt, cum vapores exhalationeſque vitioſæ coeuntes, a-

χῆς, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀνακερασθῶσι περιόδοις. Διὸ δεῖ σκοπεῖν οἷς ἂν ταῦτα συμπίπτῃ, καὶ μνημονεύειν ἂν μηδὲν ᾖ πνευματικόν, ὅτι σωματικόν ἐστιν αἴτιον ὑποστολῆς τινος ἢ καθάρσεως δεόμενον.

ιδʹ. Χρήσιμον δὲ πάλιν καὶ τὸ τοὺς φίλους ἐπισκεπτόμενον ἀσθενοῦντας ἐκπυνθάνεσθαι τὰς αἰτίας, μὴ σοφιστικῶς, μηδὲ περιέργως, ἐνστάσεις καὶ παρεμπτώσεις καὶ κοινότητας λαλοῦντα, καὶ παρεπιδεικνύμενον ἰατρικῶν ὀνομάτων καὶ γραμμάτων ἐμπειρίαν, ἀλλὰ ταυτὶ τὰ φαῦλα καὶ κοινὰ μὴ παρέργως ἀκούοντα, πλῆθος, ἢ λείωσιν, κόπον, ἀγρυπνίαν, μάλιστα δὲ δίαιταν ᾗ χρώμενος ἐπύρεξεν· εἶτα, ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασιν εἰώθει λέγειν ἀπιών, Μή που ἄρα καὶ ἐγὼ τοιοῦτος; οὕτω τὰ περὶ αὐτὸν ἐν τοῖς πλησίον εὖ τίθεσθαι, καὶ φυλάττεσθαι καὶ μνημονεύειν ὅπως οὐ περι-

C. 8. *καθάρσεως*] Ita Stephanus recepit ex Pol. Jannot. Leonic. Schott. Anon. Exempl. Turn. In omnibus libris noſtris eſt *κατακράσεως* Ald. Baſ. Xyl. A. E. Venet Voſſ.

C. 9. *πάλιν*] Forte melius *πάνυ* ex A. E. Voſſ. Turn. Xyl.

D. 5. *ἢ λείωσιν*] Præſtat *μείωσιν imminutionem*, cum Bong. Mez. Jun. Verſ. Xyl. vel *ἡλιώσιν apricationem*, ut Eraſm. et Reiſk.

nimi, ut ait Plato, permiſcentur circuitionibus. Quibus ergo hæc accidunt, ii perpendere ſecum ea debent, et ſcire ſi ſpiritualis nulla ſit cauſa, ſubeſſe corpoream aliquam, quam comprimi aut contemperari oporteat.

XIV. Magnopere autem conducit, ut cum inviſis ægrotantes amicos, diligenter de cauſa morbi ſciſciteris: non ſophiſtarum hoc more et ſupervacanea curioſitate, ut inſtantias, incidentias, communitates in ore habeas, et medicarum vocum litterarumque peritiam oſtentes: ſed ut vilia hæc et vulgaria non obiter audias, redundantiam, defectum, defatigationem, inſomnia, maxime autem eam victus rationem, qua is uſus in febrim incidit. Deinde, ſicut Plato ſolebat aliorum peccatis animadverſis, digreſſus ſecum diſquirere, an non ipſe quoque eodem eſſet in vitio: ita exemplum ex aliis capias quid tibi vitandum ſit, memoriaque te-

πιεῖται τοῖς αὐτοῖς, οὐδὲ αὐτὸς εἰς τὴν κλίνην κατα-
E πεσὼν ὑμνήσῃ, ποθῶν τὴν πολυτίμητον ὑγίειαν· ἀλλ' ἑτέρου πάσχοντος ἐνσημαίνεται πρὸς ἑαυτὸν ὡς ἄξιον πολλοῦ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ δεῖ τοῦτο διατηρεῖν αὐτῷ προσέχοντα καὶ φειδόμενον. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρεπισκοπεῖν δίαιταν. Ἂν γὰρ ἐν πόσεσι καὶ προσφοραῖς ἢ τισὶ πόνοις καὶ ἀταξίαις ἑτέραις τυγχάνωμεν γεγονότες, τὸ δὲ σῶμα μηδεμίαν ὑποψίαν παρέχῃ, μηδὲ προαίσθησιν, ὅμως αὐτοὺς δεῖ φυλάττεσθαι καὶ προκαταλαμβάνειν, ἐκ μὲν ἀφροδισίων καὶ κόπων ὄντας,
F ἀναπαύσει καὶ ἡσυχίᾳ· μετὰ δὲ οἴνωσιν καὶ συμπεριφορὰν, ὑδροποσίᾳ· μάλιστα δὲ τροφαῖς κεχρημένους ἐμβριθέσι καὶ κρεώδεσιν ἢ ποικίλαις, ὀλιγοσιτεῖν, καὶ μηδὲν ὑπολιπεῖν περιττώματος πλῆθος ἐν τῷ σώματι. Καὶ γὰρ αὐτὰ ταῦτα δι' αὐτὰ, πολλῶν αἴτια νούσων ἐστὶ, καὶ προστίθησι ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ὕλην καὶ δύναμιν.

F. 5. νούσων] Forma Ionica dictum Hippocrateum ſignificat. Attamen νόσων A. E. Voſſ.

nendum, ne in idem incidas malum, et affixus lectulo dignam gloriatione ſanitatem cum deſiderio prædices: ſed alterius caſus tecum te doceat perpendere quanti facinnda ſit valetudo bona, quantaque ſit attentione et parſimonia ejus conſervationi ſtudendum. Expedit etiam in ſuam ipſius vitæ rationem inquirere. Si enim biberimus, ederimus, laboraverimus, aliudve quicquam præter ordinem fecerimus, neque ullum indicium aut præſagium mali accepti corpus præbeat: nihilominus obſervare noſmetipſos debemus, ac nos præmunire, ſi uſi ſumus re venerea, aut laſſati, quiete et ſomno: ſi vino liberalius uſi, aquæ potu: maxime autem ſi alimentis ſolidis, carnoſis, aut variis indulſimus, cibi paucitate, ne quam ſuperfluorum copiam in corpore relinquamus: nam cum ipſa per ſe excrementa multorum ſunt cauſa morborum, tum aliis cauſis materiam vireſque ſuppe-

ἀλλοτρίου λόγου κινοῦσα μαλακῶς καὶ διαφέρουσα πράως
τὴν φωνήν. Ἡ δὲ διάλεξις ἀγῶνα καὶ σφοδρότητα
προστίθησιν, ἅμα τῆς ψυχῆς τῷ σώματι συνεπιτιθεμένης. D
Κραυγὰς μέντοι περιπαθεῖς καὶ σπαραγματώδεις εὐλα-
βητέον. Αἱ γὰρ ἀνώμαλοι προσβολαὶ καὶ διατάσεις
τοῦ πνεύματος, ῥήγματα καὶ σπάσματα ποιοῦσιν. Ἀνα-
γνόντα δέ, ἢ διαλεχθέντα, λιπαρᾷ καὶ ἀλεεινῇ τρίψει
χρηστέον πρὸ τοῦ περιπάτου, καὶ μαλάξει τῆς σαρκός,
ὡς ἀνυστόν ἐστι, τῶν σπλάγχνων ποιούμενον ἀφήν, καὶ τὸ
πνεῦμα πράως διομαλύνοντα, καὶ διαχέοντα μέχρι τῶν
ἄκρων. Μέτρον δὲ τοῦ πλήθους τῆς τρίψεως ἔστω τὸ
προσφιλὲς τῇ αἰσθήσει καὶ ἄλυπον. Ὁ γὰρ οὕτω κατα- E
στήσας τὴν ἐν βάθει ταραχήν, καὶ διάτασιν τοῦ πνεύ-
ματος, ἀλύπως τε χρῆται τῷ περιττώματι, κἂν ἀκαι-
ρία τις ἢ χρεία κωλύσῃ τὸν περίπατον, οὐδέν ἐστι πρᾶγ-
μα· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἡ φύσις ἀπείληφεν. Ὅθεν οὐδὲ πλοῦν

D. 3. προσβολαὶ καὶ διατάσεις] Salmaſ. προβολαί, quod probo. Διατάσεις recte omnes libri, excepta Græco-Latina Editione Pariſ. 1624. ubi eſt διαστάσεις: quod item in Voſſ. ſupra ſcriptum eſt.

orationis alienæ vocem molliter movens atque differens: colloquium concertationem et vehementiam adjicit, animo conatum corporis adjuvante. Omnino autem vitandæ ſunt vociferationes nimiis animi motibus expreſſæ vocemque per vim quandam extorquentes: inæquales enim ſpiritus eruptiones et contentiones, rupturas gignunt ac convulſiones. Qui legerit aut diſputaverit, is ante deambulandum lævi atque tepida utatur fricatione carnis et mollitione, quantum ferri poteſt viſcera tangens, ſpiritumque leniter complanans, ac uſque ad extremitates diffundens: modus fricandi ſit ſenſui gratus, ac citra dolorem. Qui enim ſic compoſuit tumultum in profundo corporis ac contentionem ſpiritus, ei excrementa nihil afferunt moleſtiæ: et ſi intempeſtivum ſit deambulare, aut per occupationes non liceat, nihil eſt incommodi: natura enim id accepit, quod ei debebatur. Itaque neque navigatione, neque diverſorio

ποιητέον, οὔτε καταδύσιν ἐν πανδοχείῳ, σιγῆς πρόφασιν, οὐδ᾽ ἐὰν πάντες καταγελῶσιν. Ὅπου γὰρ οὐκ αἰσχρὸν τὸ φαγεῖν, οὐδὲ τὸ γυμνάζεσθαι δήπουθεν αἰσχρόν· ἀλλ᾽ αἴσχιον τὸ δεδοικέναι καὶ δυσωπεῖσθαι ναύτας, καὶ ὀρεωκόμους, καὶ πανδοχεῖς καταγελῶντας, οὐ τοῦ σφαιρίζοντος καὶ
F σκιαμαχοῦντος, ἀλλὰ τοῦ λέγοντος, ἂν ἅμα διδάσκῃ τι, καὶ ζητῇ, καὶ μανθάνῃ, καὶ ἀναμιμνήσκηται γυμναζόμενος. Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔλεγεν ὅτι τῷ κινοῦντι δι᾽ ὀρχήσεως αὐτὸν ἑπτάκλινος οἶκος ἱκανός ἐστιν ἐγγυμνάζεσθαι· τῷ δὲ δι᾽ ᾠδῆς, ἢ λόγου γυμνάσιον ἀπόχρη γυμναζομένῳ, καὶ ἑστῶτι, καὶ κατακειμένῳ πᾶς τόπος παρέχει. Μόνον ἐκεῖνο φυλακτέον ὅπως μήτε πλησμονὴν, μήτε λαγνείαν, μήτε κόπον ἑαυτοῖς συνειδότες ἐντεινώμεθα τῇ φωνῇ τρα-
131 χύτερον, ὃ πάσχουσι πολλοὶ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν σοφιστῶν, οἱ μὲν ὑπὸ δόξης, καὶ φιλοτιμίας, οἱ δὲ διὰ μισθοὺς

F. 4. τῷ δὲ δι᾽ ᾠδῆς—παρέχει] Nexus non conſtat. Forte vera ſcriptura eſt τῷ δὲ δι᾽ ᾠδῆς ἢ λόγου γυμναζομένῳ, γυμνάσιον ἀποχρῶν καὶ ἑστῶτι κ. κ. π. τ. π. Pro ἀποχρὴ poſſis item corrigere ἔσω ἀπόχρη, ut Reiſk. nam ἔσω in proximo γυμνάσιον poterat latere. Ἀποχρῶν eſt var. lect. codicis Voſſ. in margine. Verſionem correxi. Locus de Socrate exſtat apud Xenoph. Sympoſ. II, 18.

excuſandum prætexendumve eſt ſilentium: ſed exercenda vox, etiam ſi ab univerſis derideare. Quo enim in loco turpe non eſt cibum capere, utique etiam exercere ibi corpus inhoneſtum non eſt: ſed turpius fuerit metuere ac pudore affici ob nautarum, agaſonum, cauponumque riſum, non quod pila ludas aut umbram pugnæ exhibeas te deridentium, quam quod inter dicendum ſimul aliquid doceas, quæras, diſcas, in memoriam redigas exercendo. Socrates dixit, *ei qui ſaltando exercere corpus velit, ſufficere conclave vel ſeptem lectorum capax.* Ita qui cantu aut ſermone ſe exercet, ei ſtanti, cubantique quivis locus ſatis magnum præbet gymnaſium. Id unum cavendum eſt, ne conſcii nobis repletionis, rei venereæ, aut defatigationis, vocem aſperius contendamus, quod multis rhetoribus ac ſophiſtis uſuvenit, cum ad certamen dicendi vel gloria et am-

ἢ πολιτικὰς ἁμίλλας ἐξαγόμενοι παρὰ τὸ συμφέρον ἀγωνίζεσθαι. Νίγρος δὲ ὁ ἡμέτερος, ἐν Γαλατίᾳ σοφιστεύων, ἄκανθαν ἐτύγχανεν ἰχθύος καταπεπωκώς· ἑτέρου δ' ἐπιφανέντος ἔξωθεν σοφιστοῦ καὶ μελετῶντος, ὑφειμένου δόξαι παραχωρεῖν ὀρρωδῶν, ἔτι τῆς ἀκάνθης ἐνισχομένης ἐμελέτησε· μεγάλης δὲ φλεγμονῆς καὶ σκληρᾶς γενομένης, τὸν πόνον οὐ φέρων, ἀνεδέξατο τομὴν ἔξωθεν βαθεῖαν· ἡ μὲν οὖν ἄκανθα διὰ τοῦ τραύματος ἐξῃρέθη, B
τὸ δὲ τραῦμα χαλεπὸν γενόμενον καὶ ῥευματικὸν ἀνεῖλεν αὐτόν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄν τις ὕστερον εὐκαίρως ὑπομνήσειε.

ιέ. Γυμνασαμένους δὲ λουτρῷ χρῆσθαι, ψυχρῷ μὲν ἐπιδεικτικὸν καὶ νεανικὸν μᾶλλον ἢ ὑγιεινόν ἐστιν. Ἣν γὰρ δοκεῖ ποιεῖν δυσπάθειαν πρὸς τὰ ἔξω καὶ σκληρότητα τοῦ σώματος, αὕτη μεῖζον ἀπεργάζεται περὶ τὰ ἐντὸς κακόν, ἐμφραττομένη τοῖς πόροις, καὶ τὰ ὑγρὰ συνάγουσα,

bitione, vel ſpe mercedis aut propter civiles contentiones protrahi ſe ſinunt alio tempore. Niger ſane noſter oratoriam artem in Galatia docens, forte fortuna ſpinam piſcis deglutiverat, cum ſubito foris ſupervenit alius quidam rhetor, ac declamare cœpit: ibi Niger, ne ſpeciem concedentis ſilentio præberet metuens, etiamnum ſpina in faucibus hærente declamavit et ipſe: ſed orta inde magna ac dura inflammatione, impatientia doloris exſecari ſibi ſpinam introrſum profunde vulnere adacto paſſus eſt: per quod vulnus exempta quidem eſt ſpina: verum ipſe eo ex vulnere, quod ſanatu difficile eſſet, humoreſque affluerent parti læſæ copioſi, mortuus eſt. Sed de his inferius erit commodior monendi locus.

XV. Ab exercitatione lavari, frigida quidem aqua, plus habet oſtentationis quam ad ſanitatem utilitatis. Videtur ſane hoc præſtare, ut minus facile ab externis rebus corpus lædatur, duritiemque corpori aliquam conciliare. Majus tamen internis partibus damnum adfert, meatibus obſiſtens, humoreſque cogens, et

καὶ πηγνῦσα τὰς ἀναθυμιάσεις ἀεὶ χαλᾶσθαι καὶ δια-
φορεῖσθαι βουλομένας. Ἔτι δὲ ἀνάγκη τοὺς ψυχρολου-
C τοῦντας εἰς ἐκείνην αὖθις ἐμβαίνειν τὴν φευγομένην ἀκριβῆ
καὶ τεταγμένην ἀποτόμως δίαιταν, ἀεὶ προσέχοντας
αὐτοῖς μὴ παραβαίνειν ταύτην, ὡς εὐθὺς ἐξελεγχομένους
πικρῶς παντὸς ἁμαρτήματος. Ἡ δὲ θερμολουσία δίδωσι
πολλῷ συγγνώμην· οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐτονίας ὑφαιρεῖ καὶ
ῥώμης, ὅσον ὠφελεῖ πρὸς ὑγίειαν, ἐνδόσιμα τῇ πέψει
καὶ μαλακὰ παρέχουσα· τοῖς δὲ τὴν πέψιν διαφεύγου-
σιν, ἄν γε δὴ μὴ παντάπασιν ὠμὰ καὶ μετέωρα μένῃ,
διαχύσεις ἀλύπους παρασκευάζουσα, καὶ κόπους ἐκλε-
D αίνουσα λανθάνοντας. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅταν ἡ φύσις παρέ-
χῃ μετρίως διακειμένου καὶ ἱκανῶς τοῦ σώματος αἴσ-
θησιν, ἐατέον τὸ βαλανεῖον. Ἄλειμμα δὲ τὸ πρὸς

C. 5. πολλῷ συγγνώμην] Ita omnes libri. Arbitror Plutarchum ſcripſiſſe πολλῶν, nimirum ἁμαρτημάτων.

C. 6. ἐνδόσιμα τῇ πέψει καὶ μαλακὰ] Mez. τὰ μὲν ἐνδόσιμα τ. π. κ. μ. Ita ἐνδόσιμος accipiendum erit *tractatu facilis*: quod non plane probem, ut nimis infrequens. Ἐνδόσιμον eſt *incentivum*, *invitamentum*, *cauſa ad agendum*, aut *exordium* ut Xylander vertit. Sed tunc pro μαλακὰ ſcribendum μαλάξει.

vapores condenſans, qui ſemper laxari et digeri ſuapte natura cupiunt. Præterea qui frigida lavantur, neceſſe rurſum eſt ut eam, quam nos fugimus, prorſus accuratam præciſeque nimis ſtatutam vitæ rationem ſectentur, ſemperque curam adhibeant ne quid in eam delinquant: quod nunquam non vel quodvis peccatum acerbe caſtigetur. Uſus balnei calidi multo plus veniæ meretur. Non enim tantum vigoris roboriſque aufert, quantum ad ſanitatem conducit eo quod exordia concoctioni præbet, eaque lenia: ac iis quæ concoctionem effugiunt, niſi plane ſint cruda et in ſummo ſuſpenſa maneant, diffuſiones dolorem nullum afferentes comparat, occultaſque membrorum defatigationes demitigat. Veruntamen ubi natura præbet mediocriter ſatiſque commode affecti corporis ſenſionem, omiſſo balneo ad ignem inungi præſtat, ſi tepore corpus indigeat. Sic

πυρὶ βέλτιον, ἂν ἀλέας δέηται τὸ σῶμα· ταμιεύεται
γὰρ αὐτοῦ τῆς θερμότητος· ὁ δ' ἥλιος οὔτε μᾶλλον, οὔθ'
ἧττον, ἀλλ' ὡς κέκραται πρὸς τὸν ἀέρα χεχρῆσθαι δί-
δωσι. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ περὶ γυμνασίων.

ιϛʹ. Ἐπὶ δὲ τροφὴν παραγινομένοις, ἂν μὲν ᾖ τι
τῶν πρόσθεν ὄφελος λόγων, οἷς τὰς ὀρέξεις κηλοῦμεν καὶ
καταπραΰνομεν, ἄλλο τι χρὴ παραινεῖν τῶν ἐφεξῆς·
ἂν δὲ ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λελυμένην χαλεπὸν ᾖ χρῆσθαι,
καὶ φιλονεικεῖν πρὸς γαστέρα ὦτα μὴ ἔχουσαν, ὡς ἔλεγε E
Κάτων, διαμηχανητέον τῇ ποιότητι τῆς τροφῆς ἐλα-
φρότερον ποιεῖν τὸ πλῆθος· καὶ τὰ μὲν στερεὰ καὶ πολύτροφα
τῶν σιτίων, οἷον τὰ κρεώδη καὶ τυρώδη, καὶ σύκων τὰ ξηρὰ,
καὶ ᾠῶν τὰ ἑφθὰ, προσφέρεσθαι πεφυλαγμένως ἁπτόμενον·
ἔργον γὰρ ἀεὶ παραιτεῖσθαι· τοῖς δὲ λεπτοῖς ἐμφύεσθαι καὶ
κούφοις, οἷα τὰ πολλὰ τῶν λαχάνων, καὶ τὰ πτηνὰ, καὶ τῶν
ἰχθύων οἱ μὴ πίονες. Ἔστι γὰρ τὰ τοιαῦτα προσφερόμενον
καὶ χαρίζεσθαι ταῖς ὀρέξεσι, καὶ τὸ σῶμα μὴ πιέζειν. Μάλιστα F

enim conſervatur magis inſitus ac diſpenſatur calor. Sole neque magis neque minus utendum eſt quam temperies aëris ab eo profecta permittat. Atque hæc quidem de exercitationibus ſufficiant.

XVI. Ad cibum porro ſumendum quando acceditur, ſiquidem effecerunt aliquid ea quæ ante a nobis de appetitu demulcendo et manſuefaciendo diſputata ſunt, reſtat ut aliud deinceps præceptum ſubjungamus. Quod ſi eum tanquam vinculis ſolutum tractare, et contendere adverſus ventrem auribus, ut Cato dicebat, carentem difficile fuerit: danda eſt opera, ut ciborum qualitate copiam minus moleſtam reddamus. Itaque eos cibos, qui ſolidi ſunt, multumque habent nutrimenti, (carnes puta, caſeos, ficus aridas, ova aſſa, et qui horum ſunt ſimiles) quando ſemper averſari vix poſſumus: tenues et leves arripiamus interim, cujus generis olera ſunt pleraque, et aves, et piſces non pingues. Licet enim his veſcentem et gratificari appetitui, et corpus non affligere. Maxime autem cru-

δὲ τὰς ἀπὸ κρεῶν φοβητέον ἀπεψίας. Καὶ γὰρ εὐθὺς σφόδρα καὶ βαρύνουσι, καὶ λείψανον εἰσαῦθις πονηρὸν ἀπ' αὐτῶν παραμένει. Καὶ κράτιστον μὲν ἐθίσαι τὸ σῶμα μηδεμιᾶς προσδεῖσθαι σαρκοφαγίας. Πολλὰ γὰρ οὐ μόνον πρὸς διατροφὴν ἄφθονα, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπάθειαν καὶ ἀπόλαυσιν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τοῖς μὲν αὐτόθεν ἀπραγμόνως χρῆσθαι παρέχουσα, τὰ δὲ μιγνύμενα καὶ παντοδαπῶς παρασκευαζόμενα συνηδύνειν.

132 Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔθος τρόπον τινὰ φύσις οὐ παρὰ φύσιν γέγονεν, οὐ δεῖ χρῆσθαι κρεωφαγίᾳ πρὸς ἀποπλήρωσιν ὀρέξεως, ὥσπερ λύκους ἢ λέοντας, ἀλλ' οἷον ὑπέρεισμα καὶ διάζωσμα τῆς τροφῆς ἐμβαλλομένους, ἑτέροις σιτίοις χρῆσθαι καὶ ὄψοις, ἃ καὶ τῷ σώματι μᾶλλόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν, καὶ τῆς ψυχῆς ἧττον ἀμβλύνει τὸ λογικόν, ὥσπερ ἐκ λιτῆς καὶ ἐλαφρᾶς ὕλης ἀναπτόμενον.

A. 1. τὸ ἔθος τρόπον τινὰ φύσις οὐ παρὰ φύσιν γέγονεν] ἔθος dedit Steph. nec diſſentiunt libri noſtri ſcripti. Ἦθος Ald. Baſ. Xyl. Cæterum acutior eſt, forte quoque verior, ſcriptura E. φύσις τοῦ παρὰ φύσιν.
A. 5. καὶ κατὰ φύσιν] καὶ unus omiſit Xyl. ſane, recte. Reliqui habent.

ditates metuendæ ſunt ab eſu carnium: nam hæ et initio ſtatim valde prægravant, et reliquias poſt ſe malas relinquunt. Ac optimum quidem erat, ita corpus adſuefacere, ut nullum id carnium requireret eſum: non enim ad nutriendum modo largiter ſufficientia tellus producit, ſed etiam ad delectationem voluptatemque facientium copiam: quibus partim nullum apparatum alium requirentibus veſci poſſis, partim ſexcentis modis miſcere et ſuavia redigere. Sed quando conſuetudo, non quidem omnino naturæ ea adverſa, in naturam jam abiit, carnibus veſcendum eſt ſane: non tamen ad explendum appetitum, ut lupi faciunt ac leones: ſed cum eas tanquam fundamentum quoddam et munitionem qua reliqui cibi contineantur, ingeſſerimus, alii deinde cibi atque obſonia addantur, quæ et naturam corporis noſtri propius attingant, et mentem minus hebetent noſtram, veluti ex tenui et facili materia incenſam.

ιζ΄. Τῶν δὲ ὑγρῶν, γάλακτι μὲν οὐχ ὡς ποτῷ χρηστέον, ἀλλ' ὡς σιτίῳ δύναμιν ἐμβριθῆ καὶ πολύτροφον ἔχοντι. Πρὸς δὲ τὸν οἶνον, ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς B
τὴν Ἀφροδίτην, διαλεκτέον,

Εἴης μοι, μέτριον δέ πως εἴης, μηδ' ἀπολείποις.

Καὶ γὰρ ποτῶν ὠφελιμώτατόν ἐστι, καὶ φαρμάκων ἥδιστον, καὶ ὄψων ἀσικχότατον, ἂν τύχῃ τῆς πρὸς τὸν καιρὸν εὐκρασίας μᾶλλον ἢ τῆς πρὸς τὸ ὕδωρ. Ὕδωρ δὲ οὐ μόνον τὸ μιγνύμενον πρὸς οἶνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸ τοῦ κεκραμένου μεταξὺ πινόμενον, ἀβλαβέστερον ποιεῖ τὸ κεκραμένον. Ἐθιστέον οὖν περὶ τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν, ὕδατος προσφέρεσθαι καὶ δύο καὶ τρία ποτήρια, τήν τε δύναμιν τοῦ οἴνου ποιοῦντα μαλακωτέραν, καὶ τοῦ σώματος συνήθη τὴν ὑδροποσίαν, ὅπως C
ὅταν ἐν χρείᾳ γένηται, μὴ ξενοπαθῇ, μηδὲ ἀπαναίνηται.

B. 3. μέτριον δέ πως] Malui veterem lectionem revocare ex Ald. Baſ. Xyl. A. E. Voſſ. Mez. quam illud a Stephano invectum δίπας relinquere, quod tamen Venetus item habere videtur. Conſ. Valckenarius Diatrib. p. 242.

XVII. De liquoribus, lac quidem uſurpandum pro potu non eſt, ſed ut cibus vim validam, et ad nutriendum copioſam habens. De vino id pronunciabimus, quod de Venere Euripides:

Adſis mibi, ſed mediocris,
Neque me deſtituas.

Eſt enim vinum et potuum utiliſſimus, et medicamentorum ſuaviſſimum, et de obſoniis omnibus gratiſſimum appetitionibus noſtris, ſi occaſione magis etiam quam aqua ſit probe temperatum. Aqua, et vino ſi miſceatur, prodeſt: et quæ pura inter diluti uſum bibitur, ipſum dilutum reddit minus noxium. Itaque in quotidiano victu adſuefacere nos debemus, ut duo vel tria pocula aquæ ebibamus: hæc et uſum vini emollient, et corpori familiarem reddent aquæ potum, ne cum ea pota opus ſit, inſolentia rei offendamur ac recuſemus. Non enim de-

Συμβαίνει γὰρ ἐνίους φέρεσθαι μάλιστα πρὸς τὸν οἶνον,
ὅταν μάλιστα χρείαν ὑδροποσίας ἔχωσι. Καὶ γὰρ ἡλιω-
θέντες, καὶ ῥιγώσαντες πάλιν, καὶ σφοδρότερον εἰπόντες,
καὶ συντονώτερον φροντίσαντες, καὶ ὅλως μετὰ τοὺς κόπους
καὶ τοὺς ἀγῶνας οἴονται ποτέον εἶναι τὸν οἶνον, ὡς καὶ τῆς
φύσεως ἀπαιτούσης εὐπάθειάν τινα τῷ σώματι, καὶ μετα-
D βολὴν ἐκ τῶν πόνων. Ἡ δὲ φύσις εὐπάθειαν μὲν, εἴ τις
εὐπάθειαν καλεῖ τὴν ἡδυπάθειαν, οὐκ ἀπαιτεῖ, μετα-
βολὴν δὲ ἀπαιτεῖ τὴν εἰς τὸ μέσον ἡδονῆς καὶ πόνου καθ-
ιστᾶσαν. Διὸ καὶ τροφῆς ὑφαιρετέον ἐν τούτοις, καὶ τὸν
οἶνον ἢ παντελῶς ἀφαιρετέον, ἢ προσοιστέον πολλῇ κατα-
κεραννύμενον διὰ μέσου καὶ καταλυζόμενον ὑδροποσίᾳ.
Πλήκτης γὰρ ὢν καὶ ὀξὺς ἐπιτείνει τὰς τοῦ σώματος
ταραχὰς καὶ τραχύτερα ποιεῖ καὶ παροξύνει τὰ πε-
πληγμένα, παρηγορίας δεόμενα καὶ λειότητος, οἷς μά-
λιστα τὸ ὕδωρ ἐνδίδωσι. Καὶ γὰρ ἂν οὐ διψῶντες, ἄλλως
δὲ θερμὸν ὕδωρ πιώμεθα μετὰ τοὺς κόπους, καὶ τὰς διατάσεις,

ſunt, qui quo tempore maxime aqua erat bibenda, ad vinum ferantur: ut cum Solis calore uſti ſunt, cum horruerunt, cum vehementius peroraverunt, cum majore animi contentione de aliqua re cogitaverunt: denique a defatigatione et contentione vinum exiſtimant bibi debere, quod ipſa videatur natura quandam corpori bonam affectionem, et poſt labores mutationem expoſcere. Atqui non voluptatem (ſiquidem hoc bona affectione intelligi velis) natura requirit, ſed mutationem quæ medio inter voluptatem et dolorem loco conſtituat. Quapropter in his caſibus et cibi aliquid detrahendum eſt, et vino aut abſtinendum omnino, aut utendum diluto interim multa aquæ potatione. Cum enim natura ſit vinum impetuoſa et acri, conturbationes corporis intendit, atque exaſperat, et partes affectas irritat, demitigationem deſiderantes ac lævigationem, quam rem aqua præſtare optime poteſt. Etenim ſi etiam non ſitientes aquam bibamus tepidam a defatigatione, contentione vi-

καὶ τὰ καύματα, χαλάσματος καὶ μαλακότητος αἰσθα-
νόμεθα περὶ τὰ ἐντός. Ἤπιος γὰρ ἡ τοῦ ὕδατος ὑγρό-
της, καὶ ἄσφυκτος· ἡ δὲ τοῦ οἴνου φορὰν ἔχει πολλὴν,
καὶ δύναμιν, οὐκ εὐμενῆ τοῖς προσφάτοις πάθεσιν, οὐδὲ
φιλάνθρωπον. Καὶ γὰρ ἃς λέγουσιν ἔνιοι τῷ σώματι
τὴν ἀσιτίαν δριμύτητας ἐγγεννᾷν καὶ πικρότητας, εἴ τις
δέδιεν, ἢ καθάπερ οἱ παῖδες δεινὸν ἡγεῖται περὶ τοῦ πυ-
ρέττειν μὴ παρατίθεσθαι τράπεζαν, ἐν ὑποψίᾳ γεγο-
νὼς, εὐάρμοστον ἡ ὑδροποσία μεθόριον. Καὶ γὰρ αὐτοὶ
τῷ Διονύσῳ πολλάκις νηφάλια θύομεν, ἐθιζόμενοι καλῶς
μὴ ζητεῖν ἀεὶ τὸν ἄκρατον. Ὁ δὲ Μίνως καὶ τὸν αὐ- F
λὸν ἀφεῖλε τῆς θυσίας, καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ λύπης.
Καίτοι λυπουμένην ψυχὴν ἴσμεν οὔτε ὑπὸ στεφάνων
οὔτε ὑπὸ αὐλῶν παθοῦσαν· σῶμα δὲ οὐδὲν οὕτως ἰσ-
χυρόν ἐστιν ᾧ τεταραγμένῳ καὶ φλεγμαίνοντι προσπεσὼν
οἶνος οὐκ ἠδίκησε.

ιη'. Τοὺς μὲν οὖν Λυδοὺς ἐν τῷ λιμῷ λέγουσι διαγαγεῖν

rum, et æſtu: ſentimus internas partes relaxari et leniri: placida eſt enim aquæ humiditas, et quieta: cum vini humiditas impetum habeat multum, vimque recentibus affectionibus nequaquam amicam aut æquam. Sin vero eſt, qui acrimonias illas et acerbitates metuit, quas nonnulli dicunt inediam ingenerare, aut ſicut pueri miſerum putat ſi febre imminente malum præſagiens non occupet cibo veſci: limes eſt inter has res optime congruens, aquæ potus. Nam ipſi etiam Baccho ſæpenumero ſacra Nephalia, id eſt ſobrietatis, peragimus: recte noſmet ita comparantes uſu, ut neque ſemper merum deſideremus. Minos quidem luctus cauſa tibiam ſacrificio ademit et coronam: cum tamen ſciamus animum qui in dolore ſit neque coronis lædi neque tibiarum cantu. Corpus autem ita validum eſt nullum, cui conturbato et inflammato vinum adhibitum non adferat aliquid damni.

XVIII. Lydos aiunt fame premente alternis diebus cibum ſumendo, et joco ſe luſu-

ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφομένους, εἶτα παίζοντας καὶ κυβεύοντας. Φιλόλογον δὲ ἄνδρα καὶ φιλόμουσιν ἐν καιρῷ
33 δεόμενον βραδυτέρου δείπνου, διάγραμμα παρακείμενον, ἤ τι βιβλίον, ἢ λύριον, οὐ περιίενται τῇ γαστρὶ λεηλατούμενον· ἀλλ' ἀποστρέφων συνεχῶς καὶ μεταφέρων ἐπὶ ταῦτα τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῆς τραπέζης, ὥσπερ ἁρπυίας τὰς ὀρέξεις διασοβήσει ταῖς Μούσαις. Οὐ γὰρ ὁ μὲν Σκύθης ὅταν πίνῃ, πολλάκις ἐφάπτεται τοῦ τόξου καὶ παραψάλλει τὴν νευρὰν, ἐκλυόμενον ὑπὸ τῆς μέθης ἀνακαλούμενος τὸν θυμόν· Ἕλλην δὲ ἀνὴρ φοβήσεται τοὺς καταγελῶντας αὐτοῦ γράμμασι καὶ βιβλίοις ἀγνώμονα καὶ δυσπαραίτητον ἐπιθυμίαν ἀνιέντος ἀτρέμα καὶ χαλῶντος.
B Τῶν μὲν γὰρ παρὰ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκων ὑπὸ τοῦ πορνοβοσκοῦ παρὰ πότον ἐπιβουλευομένων καλὰς καὶ πολυτελεῖς εἰσάγοντος ἑταίρας, ἕκαστος, ὥς φησιν,

Κύψας ἐς αὐτὸν, τῶν τραγημάτων ἔφλα

F. 8. ἡμέραν παρ' ἡμέραν] Ed. Gr. Lat. tres ἡμέραν, operarum vitio. At παρ' ἡμέραν A. E. Voſſ. Receptum, exſtat in editis Ald. Baſ. Xyl. Steph. nec diſſentit Venet.

B. 4. Κύψας ἐς αὐτὸν] Ita Mez. et Salmaſ. conſtituit locum Menandri: item poſtea Bentleius Emend. p. 29. Omnes libri habent εἰς: cæterum eadem. Forte fuit verum καθ' αὑτὸν ut Symp. VII, 5. p. 706. B.

que oblectando tempus contriviſſe. Sed hominem litteris Muſiſque deditum ſicubi tardius cœnare oportebit, propoſita aliqua geometrica deſcriptio, aut libellus, aut cithara, non patientur a ventre agi ac ferri: ſed ad hæc ſubinde convertens a menſa et transferens cogitationes Muſarum ope concupiſcentias veluti harpyas quaſdam abiget. Scythæ cum poculis indulgent, ſubinde arcum tangunt, nervoque ſonitum edentes animum crapula diſſolutum revocant: et homo Græcus metuat irridentes ipſum, quod immodeſtam pertinacemque cupiditatem libris et literis paulatim emollit atque demulcet? Apud Menandrum leno quibuſdam adoleſcentulis inſidiatur, introducendis formoſis et ſumptuoſis ſcortis: ſed eorum quiſque, ut ibi dicitur,

Edebat, in ſeſe intuens, bellaria,

φυλαττόμενος καὶ φοβούμενος ἐμβλέπειν· οἱ δὲ φιλόλογοι καλὰς καὶ πολλὰς καὶ ἡδείας ἀπόψεις καὶ ἀποστροφὰς ἔχουσιν, ἄνπερ ἄλλως μὴ δύνωνται τὸ κυνικὸν καὶ θηριῶδες τῆς ὀρέξεως κατέχειν παρακειμένης τραπέζης. Ἀλειπτῶν δὲ φωνὰς καὶ παιδοτριβῶν λόγους ἑκάστοτε λεγόντων, ὡς τὸ παρὰ δεῖπνον φιλολογεῖν τὴν τροφὴν διαφθείρει καὶ βαρύνει τὴν κεφαλὴν, τότε φοβητέον ὅταν τὸν Ἰνδὸν ἀναλύειν ἢ διαλέγεσθαι περὶ τοῦ Κυρι- e
εύοντος ἐν δείπνῳ μέλλωμεν. Τὸν μὲν γὰρ ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος, γλυκὺν ὄντα σφόδρα, κεφαλαλγῆ λέγουσιν εἶναι· διαλεκτικὴ δὲ τραγάλιον ἐν δείπνῳ γλυκὺ μὲν οὐδαμῶς, κεφαλαλγὲς δὲ καὶ κοπῶδες ἰσχυρῶς ἐστιν. Ἂν δὲ ἡμᾶς μὴ ἄλλό τι ζητεῖν, ἢ φιλοσοφεῖν, ἢ ἀναγινώσκειν παρὰ δεῖπνον ἐῶσι τῶν ἐν τῷ καλῷ καὶ ὠφελίμῳ τὸ ἐπαγωγὸν ὑφ' ἡδονῆς καὶ γλυκὺ μόριον ἐχόντων, κελεύ-

C. 1. Κυριεύοντος] Notum ſophiſmatis genus, perperam in κυρίττοντος mutavit Xylander: et edendo et vertendo. Verſionem correxi. Ἰνδὸν potius dubium facere poterat: cujus nomen et exemplum nec mihi ſe adhuc obtulit, nec Menagio ſe obtulerat corrigenti Xylandrum ad Diog. Laert. II. 108.

ſcilicet metuens inſpicere ſcorta, idque cavens: eruditi vero, pulchras, multas, eaſque jucundas habent res in quas a gulæ irritamentis animum oculoſque divertant, ſi aliter non poſſunt appoſita menſa compeſcere cupiditatum impudentem ferociam. Jam aleiptarum et pædotribarum voces, ſubinde inculcantium alimentum diſputationibus in cœna litteratis corrumpi, caputque gravari, tum pondus habere ſinamus, cum *Indum* et *Dominantem*, fallacias illas ſophiſticas, cœnantes diſſoluturi, diſputabimus. Cerebrum Phœnicis dulce admodum eſt, ſed dolores capitis inducere fertur. At dialectica in cœna bellarium eſt nequaquam dulce, interim tamen caput vehementer lædit ac fatigat. Quod ſi iſti nihil etiam aliud ſub cœnam quærere ac philoſophari nobis permittunt de iis rebus, quæ pulchræ juxta ſunt, et utilem

σομῶν αὐτοὺς μὴ ἐνοχλεῖν, ἀλλ' ἀπιόντας ἐν τῷ ξυστῷ D ταῦτα καὶ ταῖς παλαίστραις διαλέγεσθαι τοῖς ἀθληταῖς, οὓς τῶν βιβλίων ἐξελόντες, ἀεὶ διημερεύειν ἐν σκώμμασι καὶ βωμολοχίαις ἐθίζοντες, ὡς ὁ κομψὸς Ἀρίστων ἔλεγε, τοῖς ἐν γυμνασίῳ κίοσιν ὁμοίως λιπαροὺς πεποιήκασι καὶ λιθίνους. Αὐτοὶ δὲ πειθόμενοι τοῖς ἰατροῖς παραινοῦσιν ἀεὶ τοῦ δείπνου καὶ τοῦ ὕπνου λαμβάνειν μεθόριον, καὶ μὴ συμφορήσαντας εἰς τὸ σῶμα τὰ σιτία, καὶ τὸ πνεῦμα καταθλίψαντας, μὴ εὐθὺς ὠμῇ καὶ ζεούσῃ τῇ τροφῇ βαρύνειν τὴν πέψιν, ἀλλ' ἀναπνοὴν καὶ χάλασμα ἔχειν· ὥσπερ οἱ τὰ σώματα κινεῖν μετὰ δεῖπνον ἀξιοῦντες, E οὐ δρόμοις οὐδὲ παγκρατίοις τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλ' ἀβληχροῖς περιπάτοις, καὶ χορείαις ἐμμελέσιν· οὕτως ἡμεῖς οἰησόμεθα δεῖν τὰς ψυχὰς διαφέρειν μετὰ δεῖπνον μήτε πράγμασι, μήτε φροντίσι, μήτε σοφιστικοῖς ἀγῶσι πρὸς ἅμιλλαν ἐπιδεικτικὴν ἢ κινητικὴν περαινομένοις.

E. 1. ἀβληχροῖς περιπάτοις] Secutus ſum Xyl. et var. lect. Voſſ. Similiter corrigit Mez. ἀβληχροῖς τε περιπάτοις. Vulgo ἀβληχροῖς καὶ περιπάτοις.

præbent oblectationem, jubebimus ut moleſtiam nobis faceſſere deſinant, inque Xyſto et palæſtris apud athletas diſputent, quos a libris abalienatos, totos dies facetiis et ſcurrilibus jocis exigere adſuefaciunt, et ut ſcite Ariſto dixit, ſimiles columnarum in gymnaſio, nitidos ſcilicet lapideoſque fecerunt. Nos autem medicis obtemperantes, qui monent ſemper inter cœnam et ſomnum faciendam aliquam intercapedinem, ne congeſtis in corpus cibis et oppreſſo ſpiritu, confeſtim crudo ac fervido alimento aggravemus vim concoctricem, ſed reſpirationem et relaxationem concedamus: ſicut qui movenda poſt cœnam corpora affirmant, non curſu aut pancratio id faciunt, ſed lentis ambulationibus, et choreis modificatis: ita nos quoque exiſtimabimus a cœna animos noſtros exercendos eſſe, non ſane negotiis, non curis, neque ſophiſticis concertationibus, quæ ad oſtentationem aut animorum motus concitandos tendunt: ſed multæ

Ἀλλὰ πολλὰ μὲν ἐστὶ τῶν φυσικῶν προβλημάτων ἐλαφρὰ καὶ πιθανὰ, πολλαὶ δὲ διηγήσεις ἠθικαὶ καὶ σκέψεις ἔχουσαι τοῦτο δὴ τὸ μενοεικὲς, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ μὴ ἀντίτυπον· ταῖς δὲ ἱστορικαῖς καὶ ποιητικαῖς ζητήσεσι διατριβὰς, οὐκ ἀηδῶς ἔνιοι δευτέρας τραπέζας ἀνδράσι φιλολόγοις καὶ φιλομούσοις προσεῖπον· εἰσὶ δὲ καὶ διηγήσεις ἄλυποι, καὶ μυθολογίαι, καὶ τὸ περὶ αὐλοῦ τι καὶ F
λύρας ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν, ἐλαφρότερον ἢ λύρας αὐτῆς φθεγγομένης ἀκούειν καὶ αὐλοῦ. Μέτρον δὲ τοῦ καιροῦ, τὸ τῆς τροφῆς καθισταμένης ἀτρέμα καὶ συμπνεούσης τὴν πέψιν ἐγκρατῆ γενέσθαι καὶ ὑποδέξιον.

ιθʹ. Ἐπεὶ δὲ Ἀριστοτέλης οἴεται τῶν δεδειπνηκότων τὸν μὲν περίπατον ἀναῤῥιπίζειν τὸ θερμὸν, τὸν δὲ ὕπνον, ἂν εὐθὺς καθεύδωσι, καταπνίγειν· ἕτεροι δὲ τὴν μὲν ἡσυχίαν οἴονται τὰς πέψεις βελτίονας ποιεῖν, τὴν δὲ κίνησιν ταράττειν τὰς ἀναδόσεις· καὶ τοῦτο τοὺς μὲν περιπατεῖν 134

E. 6. Ἀλλὰ πολλὰ—ἀντίτυπον] Senſum turbatum reſtitui verbis cum interpungendis tum mutandis: δὴ pro δὲ ſumpſi ex Voſſ. ἠθικαὶ pro ἤθη ex mea correctione.

E. 9. ταῖς δὲ ἱστορικαῖς] Legendum cum Mez. et Xyl. τὰς δὲ ἐν ταῖς ἱστορικαῖς—.

de rebus naturalibus quæſtiones faciles ac probabiles ſuppeditant: multæ narrationes quæ ad diſputationem de moribus faciant, non eam aſperam, ſed ut Homerus appellat *menoeikea*, id eſt, *animum demulcere quæ poſſit:* et hiſtoricæ ac poeticæ quæſtiones non ineleganter quidam litteratorum hominum ſecundas menſas dixerunt. Sunt et narrationes non moleſtæ, et fabularum recitationes, et de tibia aliquid lyrave colloqui facilius eſt quam ea ipſa audire. Terminus autem temporis hic præfigitur, ut jam alimento ſenſim ſubſidente ac conſpirante ſuperior eſſe idque elaborare poſſit concoctio.

XIX. Porro Ariſtotelis de ſententia, cœnatorum exſuſcitat ambulatio, ſomnus a cœna ſtatim captus ſuffocat, calorem: alii autem quiete adjuvari concoctionem, motu perturbari digeſtionem nutrimenti putant: ideoque aliis ut a cœna ſtatim deambulent, aliis

εὐθὺς ἀπὸ δείπνου, τοὺς δὲ ἀτρεμεῖν κελεύουσιν· ἀμφοτέρων ἂν οἰκείως ἐφάπτεσθαι δόξειεν ὁ τὸ μὲν σῶμα συνθάλπων καὶ συνέχων μετὰ τὸ δεῖπνον, τὴν δὲ διάνοιαν μὴ καταφερόμενος μηδὲ ἀργῶν εὐθύς, ἀλλ', ὥσπερ εἴρηται, διαφορῶν ἐλαφρῶς τὸ πνεῦμα καὶ λεπτύνων τῷ λαλεῖν τι καὶ ἀκούειν τῶν προσηνῶν, καὶ μὴ δακνόντων, μηδὲ βαρυνόντων.

κ'. Ἐμέτους δὲ καὶ κοιλίας καθάρσεις ἀπὸ φαρμάκων, μιαρὰ παραμύθια πλησμονῆς, ἄνευ μεγάλης
B ἀνάγκης οὐ κινητέον· ὥσπερ οἱ πολλοὶ κενώσεως ἕνεκα πληροῦντες τὸ σῶμα, καὶ πάλιν πληρώσεως κενοῦντες παρὰ φύσιν, ταῖς πλησμοναῖς οὐχ ἧττον ἢ ταῖς ἐνδείαις ἀνιώμενοι, μᾶλλον δὲ ὅλως τὴν μὲν πλήρωσιν ὡς κώλυσιν ἀπολαύσεως βαρυνόμενοι, τὴν δὲ ἔνδειαν, ὡς χώραν ἀεὶ ταῖς ἡδοναῖς παρασκευάζοντες. Τὸ γὰρ βλαβερὸν ἐν τούτοις προῦπτόν ἐστι. Ταραχάς τε γὰρ ἀμφότερα τῷ σώματι παρέχει καὶ σπαραγμούς. Ἴδιον δὲ τῷ μὲν ἐμέτῳ κακὸν πρόσεστι,

A. 2. ἀμφοτέρων] Sic Venet. Xyl. Mez. Salmaſ. Vulgo ἀμφοτέροις.

ut quieſcant perſuaſum eſt. Utriuſque conſilii videtur ſcopum non inepte attingere, qui fovens a cœna quietumque ſervans corpus, animum non illico otio det, ſed (ut dictum eſt) dicendo et audiendo ea quae blanda ſunt et neque mordent neque gravant, ſpiritus digerat atque attenuet.

XX. Vomitus et purgationes ventris per medicamenta, turpia redundantiæ remedia, ſine magna neceſſitate non debent uſurpari: quod vulgo faciunt, vacuationis cauſa replentes corpus, et rurſum repletionis gratia exinanientes: contra naturam non minus repletionis quam vacuitatis intolerantes: immo prorſus et plenitudinem ut impedimentum fruitionis moleſte ferentes, et vacuando ſubinde receptaculum voluptatibus parantes, cum quidem evidens ſit, quid damni inde ſequatur: utroque enim corpus conturbatur et convellitur. Hoc peculiare vomitui eſt malum, quod inſatiabilita-

τὰ σώματα καὶ διαφθείρουσιν. Ὑφισταμένης δὲ κοιλίας, οὐδὲν φάρμακον οἷα τῶν σιτίων ἔνια μαλακῶς ἐνδιδόντα προθυμίας, καὶ διαλύοντα πρᾴως, ὧν ἥ τε πεῖρα πᾶσι συνήθης, καὶ ἡ χρῆσις ἄλυπος. Ἂν δὲ τούτοις ἀπειθῇ, πλείονας ἡμέρας ὑδροποσίαν, ἢ ἀσιτίαν, ἢ κλυστῆρα προσ- F
δεκτέον μᾶλλον ἢ ταρακτικὰς καὶ φθαρτικὰς φαρμακείας, ἐφ' ἃς οἱ πολλοὶ φέρονται προχείρως, καθάπερ ἀκόλαστοι γυναῖκες, ἐκβολίοις χρώμεναι καὶ φθορίοις, ὑπὲρ τοῦ πάλιν πληροῦσθαι καὶ ἡδυπαθεῖν.

κα'. Ἀλλὰ τούτους μὲν ἐατέον· οἱ δὲ ἄγαν αὖ πάλιν ἀκριβεῖς καὶ τεταγμένας τινὰς ἐκ περιόδου κριτικὰς ἐμβάλλοντες ἀσιτίας, οὐκ ὀρθῶς τὴν φύσιν μὴ δεομένην 13
διδάσκουσι δεῖσθαι συστολῆς, καὶ ποιεῖν ἀναγκαίαν τὴν

F. 7. κριτικὰς ἐμβάλλοντες ἀσιτίας—ἀπαιτοῦντι] Locus non quidem corruptus ſed compoſitionis ac verborum inſolentia difficilis: a Xylandro ita redditus ut Græca non intelligantur. Ζητούμενον ἔθος, *quæſita conſuetudo*, eſt *adſcititia*, ἐπείσακτος, *non naturalis*. Nec legendum cum Mez. διὰ μόνον ἔθος. Porro κριτικὴ ἀσιτία eſt *decretoria cibi abſtinentia*, ut dies decretorius Medicorum, vulgo κρίσιμος ἡμέρα, rarius κριτικὴ ἡμέρα. Forte legendum περιόδου κριτικῆς. Pro ἀπαιτοῦντι, quod ſanum eſt, corruptum ἀπαιδευτοῦντι habent Venet. Pol. Jannot. Vertendum: *ſtatas quaſdam, certa temporum converſione quaſi decretoria, interponunt cibi abſtinentias: temere aſſuefacientes naturam, cum non indigeat, indigere coarctatione, et ſubductionem ſibi, minime illam neceſſariam, reddere neceſſariam in tempore adſcititiam conſuetudinem deſiderante.*

perniciemque inferunt. Ubi autem adſtricta fuerit alvus, nullum ad eam laxandam medicamentum ita valet, ut cibi nonnulli, qui et molliter eam irritant, et ſolvunt placide, quorum et peritia familiaris, et uſus doloris vacuus eſt: quibus tamen ſi non moveatur, adhibenda eſt aliquot dierum potio aquæ, aut inedia, aut clyſter potius, quam conturbantia ac corrumpentia corpus medicamenta iſta, quæ nonnulli arripiunt, quo modo libidinoſæ mulieres abortum aut fœtus interitum efficientia pharmaca, ut impleri rurſum et voluptates poſſint percipere.

XXI. Verum hos omittamus. Alii ab altera parte ſunt nimis accurati, et qui ſtatis temporum converſionibus inediam ſibi imperant, non recte ii naturam nulla ejus urgente neceſſitate cogentes ob con-

οὐκ ἀναγκαίαν ὑφαίρεσιν, ἐν καιρῷ ζητούμενον ἔθος ἀπαι-
τοῦντι. Βέλτιον γὰρ ἐλευθέροις τοῖς τοιούτοις χρῆσθαι
κολασμοῖς εἰς τὸ σῶμα, μηδεμιᾶς δὲ προαισθήσεως
οὔσης, μηδὲ ὑποψίας· καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν, ὥσπερ
εἴρηται, πρὸς τὸ συντυγχάνον ἀεὶ ταῖς μεταβολαῖς
ὑπήκοον ἔχειν, μὴ καταδεδουλωμένην μηδὲ ἐνδεδε-
μένην ἑνὶ σχήματι βίου, πρὸς τινας καιροὺς ἢ ἀριθμοὺς,
ἢ περιόδους ἄγεσθαι μεμελετηκότος. Οὐ γὰρ ἀσφαλὲς,
B οὐδὲ ῥᾴδιον, οὐδὲ πολιτικὸν, οὐδ᾽ ἀνθρωπικὸν, ἀλλ᾽
ὀστρέου τινὸς ζωῇ προσεοικὸς, ἢ στελέχους, τὸ ἀμετάστατον
τοῦτο καὶ κατηναγκασμένον ἐν τροφαῖς καὶ ἀποχαῖς καὶ
κινήσεσι καὶ ἡσυχίαις, εἰς ἐπίσκιόν τινα βίον καὶ σχολαστὴν
καὶ μονότροπόν τινα καὶ ἄφιλον καὶ ἄδοξον ἀπωτάτω
πολιτείας καθίστασιν ἑαυτοὺς καὶ συστέλλουσιν, οὐ κατά γε
τὴν ἐμὴν, ἔφη, γνώμην.

A. 5. μηδεμιᾶς δὲ προαισθήσεως] δὲ mutandum in γε; *oportet his caſtigationibus liberis uti, ſi quidem nulla mali ſuſpicio, præſenſioque adſit.*

B. 3. καὶ κατηναγκασμένον] καὶ adjeci ex Anon. T. V. Vulgo deeſt.

ſuetum temporis articulum defraudare ſeipſam, et neceſſario, cum opus non ſit, alimento ſuo privari. Præſtat autem his corporis caſtigationibus uti liberis, ita ut non præſentiantur ante, aut earum ſuſpicio ſubſit: ac totam victus rationem ita inſtituere, ut ad quaſvis mutationes obediens corpus, non obligatum mancipatumve uni ſit formulæ, aut præceptis animo dierum numeris ſive circuitibus. Nam neque tutum, neque facile, neque civile, neque homini, ſed conchylio conveniens eſt, aut trunco, genus vivendi illud immutabile et coactum, ubi quis in umbratilem ſeſe, otioſam, ſolitariam, et amicorum expertem obſcuramque vitam quam longiſſime a republica abdens, cibis et abſtinentia, motibus ac quiete uteretur neceſſitate quadam ſibi ultro impoſita præſcriptis: *non ex mea quidem ſententia*, ut inquit ille.

κβ΄. Οὐ γὰρ ἀργίας ὤνιον ἡ ὑγίεια καὶ ἀπραξίας, ἅγε δὴ μέγιστα κακῶν ταῖς νόσοις πρόσεστι· καὶ οὐδὲν διαφέρει τοῦ τὰ ὄμματα τῷ μὴ διαβλέπειν, καὶ τὴν φωνὴν τῷ μὴ φθέγγεσθαι, φυλάττοντος, ὁ τὴν ὑγείαν C
ἀχρηστίᾳ καὶ ἡσυχίᾳ χρήζειν οἰόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἑαυτῷ χρήσαιτο ἄν τις ὑγιαίνοντι κρείττονι, πρὸς πολλὰς καὶ ἀφιλανθρώπους πράξεις. Ἥκιστα δὴ τὴν ἀργίαν ὑγιεινὸν ὑποληπτέον, εἰ τὸ τῆς ὑγείας τέλος ἀπόλλυσι. Καὶ οὐδὲ ἀληθές ἐστι τὸ μᾶλλον ὑγιαίνειν τοὺς ἡσυχίαν ἄγοντας. Οὔτε γὰρ Ξενοκράτης μᾶλλον διυγίαινε Φω-

B. 9. *μέγιστα κακῶν*] Vulgo *μάλιστα γνώμην κακῶν*. Hoc delevi ut manifeſto ex antecedenti repetitum: illud mutavi cum var. lect. codicis Xyl. Mez. Jun.

C. 2. *ἀχρηστίᾳ καὶ ἡσυχίᾳ*] Secutus ſum Xyl. quem item ſecutæ erant tres Græco-Latinæ: non quod plane in ea lectione acquieſcerem, ſed quod melior ſaltem eſſet Stephaniana, quacum omnes reliqui libri et editi et ſcripti conſentiunt, *ἀχρηστία καὶ ἡσυχία*. Tamen corrigendum puto *ἀχρηστίας καὶ ἡσυχίας*, *ſanitatem quiete et actionis abſtinentia opus habere.* Alioqui *χρήζειν* aut cum Xyl. vertendum *comparare* aut *utile reddere*; quarum ſignificationum neutra mihi quidem adhuc obſervata eſt.

C. 3. *ἄν τις ὑγιαίνοντι*] *τις* pro vulgato *τι* recepi ex Voſſ. Bong. Mez. Poſſis item cum eodem Mez. legere *κρεῖττον ἢ* pro *κρείττονι*. *Ad nullam enim rem præſtantiorem quis ſe ipſo ſano utatur quam ad multa humanitatis officia.*

C. 4. *ἀφιλανθρώπους*] Non auſus ſum mutare, ut in omnibus libris proditum: forte quid excidit. Xylander *φιλανθρώπους* vertendo reddidit: quod probo. Forte pro *πολλὰ* legendum *πολιτικά*.

C. 7. *διυγίαινε*] Non dubitavi ita exhibere loco vulgati *δι' ὑγιείαν*: *perpetua ſanitate uſus eſt.*

XXII. Non enim otio ac inertia venalis eſt ſanitas: quæ duo maxima ſunt malorum morbos comitantium: et, ſi quis bonam valetudinem quiete et actionum abſtinentia putat ſe paraturum, perinde facit, ac ſi quis nihil diſpiciendo oculos, aut vocem non loquendo conſervare inſtituat. Quid enim ad tam multas et hominis officio conſentaneas actiones proderit ei ſanitas? Proinde deſidiam ſalubrem eſſe, minime putandum eſt: qui enim nihil agunt, ſani non poſſunt vere dici: cum cujus rei cauſa ſanitas expetitur, eam ignavia perimat. Neque vero otio ſanitatem Xenocrates quam Phocion, aut Theophraſtus quam Demetrius Phalereus

χίωνος, οὔτε Δημητρίου Θεόφραστος. Ἐπίκουρόν τε καὶ τοὺς περὶ Ἐπίκουρον οὐδὲν ὤνησε πρὸς τὴν ὑμνουμένην σαρκὸς εὐστάθειαν ἡ πάσης καὶ φιλοτιμίαν ἐχούσης πράξεως
D ἀπόδρασις. Ἀλλὰ καὶ ἑτέραις ἐπιμελείαις διασωστέον ἐστὶ τῷ σώματι τὴν κατὰ φύσιν ἕξιν· ὡς παντὸς βίου καὶ νόσον δεχομένου καὶ ὑγίειαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἔφη παραινετέον εἶναι τοὐναντίον οὗ Πλάτων παρῄνει τοῖς νέοις. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ λέγειν ἐκ τῆς διατριβῆς ἀπαλλαττόμενος εἰώθει, Ἄγε ὅπως εἰς καλόν τι καταθήσεσθε τὴν σχολὴν, ὦ παῖδες· ἡμεῖς δὲ ἂν τοῖς πολιτευομένοις παραινέσαιμεν, εἰς τὰ καλὰ χρῆσθαι τοῖς πόνοις καὶ ἀναγκαῖα, μὴ μικρῶν ἕνεκα, μηδὲ φαύλων τὸ σῶμα παρατείνοντας· ὡς γὰρ οἱ πολλοὶ κακοπαθοῦσιν ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἀποκναίοντες ἑαυτοὺς ἀγρυπ-
E νίαις καὶ πλάναις καὶ περιδρομαῖς εἰς οὐδὲν χρηστὸν, οὐδὲ ἀστεῖον, ἀλλ' ἐπηρεάζοντες ἑτέροις, ἢ φθονοῦντες, ἢ

C. 10. καὶ φιλοτιμίαν] Delendum καί. Mez. quidem præponit σπουδήν.
D. 10. ὡς γὰρ οἱ πολλοί] Legendum ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ut monuerunt Mez. et Reiſk.

majorem eſt conſecutus: et Epicuro, ejuſque ſectatoribus nihil ad tritam illam corporis bonam affectionem contulit adjumenti, omnium feriarum et ad gloriam pertinentium actionum fuga. Equidem omnis generis curis conſervanda eſt corporis naturalis conſtitutio: cum nullum vitæ genus viciſſitudini bonæ adverſæque valetudinis non ſit obnoxium. Sed præcipue in republica verſantibus præcipiendum eſt contrario atque adoleſcentulis Plato conſuluit modo. Solebat is quoties e ſchola diſcederet dicere: *Videte pueri, ut otio ad honeſtam aliquam rem utamini.* Nos autem illis mandabimus, ut labores in res pulchras neceſſariaſque inſumant, neque ob vilia aut exigua negotia corpus fatigent. Multi enim quavis de cauſa ſeipſos affligtant vigiliis, peregrinationibus, circuncurſitationibus, nullo propoſita utilitate, nullo fine laudabili: ſed quia aliis nocere cupiunt, invident, con-

φιλονεικοῦντες, ἢ δόξας ἀκάρπους καὶ κενὰς διώκοντες. Πρὸς τούτους γὰρ οἶμαι μάλιστα τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν, Ὡς εἰ τὸ σῶμα δικάσαιτο τῇ ψυχῇ, κακώσεως οὐκ ἂν αὐτὴν ἀποφυγεῖν. Ἴσως μὲν γάρ τι καὶ Θεόφραστος ἀληθὲς εἶπεν, εἰπὼν ἐν μεταφορᾷ, Πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν. Πλείονα μέντοι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀπολαύει κακὰ μὴ κατὰ λόγον αὐτῷ χρωμένης, μηδὲ ὡς προσήκει θεραπευομένου. Ὅταν γὰρ ἐν πάθεσιν ἰδίοις γένηται καὶ ἀγῶσι καὶ σπουδαῖς, ἀφειδεῖ τοῦ F
σώματος. Ὁ μὲν οὖν Ἰάσων οὐκ οἶδα ὅ, τι παθὼν, Τὰ μικρὰ δεῖν ἀδικεῖν, ἔλεγεν, ἕνεκεν τοῦ τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν. Ἡμεῖς δ' ἂν εὐλόγως τῷ πολιτικῷ παραινέσαιμεν τὰ μικρὰ ῥᾳθυμεῖν καὶ σχολάζειν, καὶ ἀναπαύειν αὐτὸν ἐν ἐκείνοις, εἰ βούλεται πρὸς τὰς καλὰς πράξεις καὶ μεγάλας μὴ διάπονον ἔχειν τὸ σῶμα, μηδὲ ἀμβλὺ, μηδὲ ἀπαγορεῦον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν 136

tentioſe adverſantur, aut ſterilem inanemque ſectantur gloriolam: in quos ego præcipue exiſtimo competere dictum illud Democriti: Animum, ſi damni infecti poſtularetur a corpore, damnatum crimine eo iri. Apparet quidem Theophraſtum a vero non aberraſſe, cum tranſlatione verborum quadam utens pronunciaret, Grandem pro conducto domicilio mercedem corpori animum dependere. Sed tamen plura ob animum eveniunt corpori mala, ſi hoc ille non ſecundum rectæ rationis præſcripta utatur, neque quantam convenit ejus curam gerat. Solet enim animus, dum in ſuis privatim eſt affectionibus, conatibus, et inſtitutis, corpore nimium abuti. Jaſon ſane Pheræus ille, neſcio qua ratione adductus, injuſte quædam minuta agenda aiebat, ut juſte poſſent magnæ res confici. Nos rationi convenienter civilem hominem hortabimur, ut in rebus parvis remiſſionem admittat, ibique otio et quieti indulgeat: ſiquidem velit ad præclaras et honeſtas rationes afferre corpus non laſſatum laboribus, non hebes, non ſuccumbens oneri, ſed in

νεωλκίᾳ τῇ σχολῇ τεθεραπευμένον, ὅπως αὖθις ἐπὶ τὰς χρείας τῆς ψυχῆς ἀγούσης,

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχῃ.

κγʹ. Διὸ τῶν πραγμάτων διδόντων, ἀναληπτέον ἑαυτοὺς, μήτε ὕπνου φθονοῦντας τῷ σώματι, μήτε ἀρίστου, μήτε ῥᾳστώνης τὸ μέσον ἡδυπαθείας καὶ κακοπαθείας· μήτε φυλαττούσης ὅρον, οἷον οἱ πολλοὶ φυλάττοντες ἐπιτρίβουσι τὸ σῶμα ταῖς μεταβολαῖς, ὥσπερ τὸν βαπτόμενον σίδηρον, ὅταν ἐνταθῇ καὶ πιεσθῇ σφόδρα τοῖς πόνοις,
B αὖθις ἐν ἡδοναῖς τηκόμενον ἀμέτρως καὶ θλιβόμενον· εἶτα πάλιν ἐξ ἀφροδισίων καὶ οἴνου διάλυτον καὶ μαλακὸν, εἰς ἀγορὰν ἢ αὐλὴν ἤ τινα πραγματείαν διαπύρου καὶ συντόνου δεομένην σπουδῆς ἐλαυνόμενον. Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ὑδρωπιάσας, ἐκέλευεν αὐχμὸν ἐξ

A. 2. νεωλκίᾳ] Sic E. Voſſ. Vulgo νεολκία.
A. 7. μήτε ῥᾳστώνης—φυλάττοντες] Quum ſic in omnibus ſit libris nolui quid mutare. Legendum tamen, ut jam Xyl. vertit et poſt eum monuerunt Mez. Salm. Reiſk. μήτε ῥᾳστώνης τὸν μέσον ἡδυπαθείας καὶ κακοπαθείας φυλάττοντας ὅρον, ὃν οἱ πολλοὶ οὐ φυλάττοντες ἐπιτρίβουσι τ. σ. Malim φυλάττοντας quam id quod alii conjecerunt φυλαττούσης: quandoquidem var. lect. Voſſ. habet φυλάττοντος.
B. 1. θλιβόμενον] Legendum διαλειβόμενον, vel λειβόμενον. Sæpe hæc in Plutarcho permutata.

otio (ſicut in navalibus naves ſolent) refectum: ut animum ad uſus neceſſarios vocantem,

Lactens equum pullus vel ut poſſit ſequi.

XXIII. Eam ob rem concedentibus negotiis recreare noſmetipſos debemus, ac neque ſomno defraudare neque prandio corpus, ſed eam conſectari corporis gratam affectionem, quæ inter voluptariam ſit et doloribus infeſtatam media: quem limitem non obſervantes quidam, mutationibus corpus adflictant, modo nimis preſſum duratumque laboribus, ferri inſtar quod e flammis aquæ immerſum duritiem accepit, rurſus voluptatibus immodice colliquantes et atterentes, modo diſſolutum venere et vino emollitumque in forum, aulam, aliudve negotium quod fervente et contento opus habet ſtudio conjicientes. Heraclitus aqua laborans intercute, a medico poſ-

ἐπομβρίας ποιῆσαι τὸν ἰατρόν· οἱ δὲ πολλοὶ τοῦ παντὸς ἁμαρτάνουσιν ὅταν ἐν κόποις καὶ πόνοις καὶ ἐνδείαις γένωνται, μάλιστα ταῖς ἡδοναῖς ἐξυγραίνειν καὶ ἀνατήκειν τὰ σώματα παραδιδόντες, αὖθις δὲ μετὰ τὰς ἡδονὰς οἷον ἐπιστρέφοντες καὶ κατατείνοντες. Ἡ γὰρ φύσις οὐ ζητεῖ τοιαύτην ἀνταπόδοσιν τοῦ σώματος. Ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὸ ἀκόλαστον καὶ ἀνελεύθερον ἐκ τῶν ἐπιπόνων, c ὥσπερ οἱ ναῦται, πρὸς ἡδονὰς καὶ ἀπολαύσεις ὕβρει φερόμενον, καὶ μετὰ τὰς ἡδονὰς πάλιν ἐπ᾽ ἐργασίας καὶ πορισμοὺς ὠθούμενον, οὐκ ἐᾷ λαχεῖν τὴν φύσιν, ἧς μάλιστα δεῖται καταστάσεως καὶ γαλήνης, ἀλλ᾽ ἐξίστησι καὶ ταράττει διὰ τὴν ἀνωμαλίαν. Οἱ δὲ νοῦν ἔχοντες, ἥκιστα μὲν ἡδονὰς πονοῦντι τῷ σώματι προσφέρουσιν· οὐ γὰρ δέονται τὸ παράπαν, οὐδὲ μέμνηνται τῶν τοιούτων, πρὸς τῷ καλῷ τῆς πράξεως τὴν διάνοιαν

C. 4. λαχεῖν] Sumpſi re ipſa flagitante, a Xyl. et Mez. Vulgo λαβεῖν. Jannot. Bong. λαβεῖν.

tulabat *ut imbrium abundantiam in ſiccitatem converteret.* At plerique in ſummo verſantur errore, qui cum defatigatio, labor, indigentia uſuvenerunt, tum maxime corpora ſua voluptatibus humectanda (ſic dicere liceat) et colliquanda exhibent: rurſuſque a voluptatibus ad labores convertunt et intendunt. Non enim hanc compenſationem natura exigit: quippe cum hoc modo illiberalibus et libidinoſis motibus animi a gravibus laboribus ad voluptates deliciaſque impudenter converſis, rurſumque poſt voluptates perceptas animo corpus ad labores negotiationeſque protrudente, natura non poſſit eam, quam maxime deſiderat conſtitutionem et (ut nautica utar locutione) tranquillitatem adipiſci, inæqualitate iſta ſemper turbante et tempeſtates concitante. At enim qui ſana utuntur mente, ii nequaquam corpori voluptates conciliant, dum in labore eſt: quippe omnino eas tum temporis non requirunt, neque meminerunt animo honeſtati

D ἔχοντες, καὶ τὸ χαῖρον τῆς ψυχῆς ἢ σπουδάζον ταῖς ἄλλαις ἐξαμαυροῦντες ἐπιθυμίαις. Ὅπερ γάρ φασιν εἰπεῖν τὸν Ἐπαμινώνδαν μετὰ παιδιᾶς, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ περὶ τὰ Λευκτρικὰ νόσῳ τελευτήσαντος, Ὦ Ἡράκλεις, πῶς ἐσχόλασεν ἀνὴρ ἀποθανεῖν ἐν τοσούτοις πράγμασι; τοῦτο ἀληθῶς ἐστιν εἰπεῖν ἐπ' ἀνδρὸς ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν ἢ φιλόσοφον φροντίδα διὰ χειρὸς ἔχοντος, Τίς δὲ σχολὴ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ νῦν ἀπεπτεῖν, ἢ μεθύειν, ἢ λαγνεύειν; γενόμενοι δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν πράξεων, ἐν ἡσυχίᾳ κατατίθενται τὸ σῶμα καὶ διαναπαύουσι, τῶν τε πόνων τοὺς ἀχρήστους, καὶ μᾶλλον ἔτι τῶν ἡδονῶν τὰς οὐκ ἀναγ-
E καίας, ὡς τῇ φύσει πολεμίας φυλαττόμενοι καὶ φεύγοντες.

κδʹ. Ἤκουσα Τιβέριόν ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, Ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. Ἐμοὶ δὲ τοῦτο μὲν εἰρῆσθαι

D. 1. τὸ χαῖρον τῆς ψυχῆς—ἐπιθυμίαις] Legendum τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς ἐν τῷ σπουδάζειν τὰς ἄλλας ἐξαμαυροῦντες ἐπιθυμίας.

E. 2. Ἤκουσα Τιβέριον] Vulgo interjecta erat particula τοίνυν. Atqui nullus eſt horum tantus cum antecedentibus nexus, qui hanc particulam ferat. Itaque delevi aſſentientibus A. et Voſſ.

E. 3. ἑξήκοντα] Triginta apud Tacitum Annal. VI, 46. quod probat Lipſius.

actionis intento, ejuſque lætitia et feriis cogitationibus alias cupiditates opprimentibus. Quod enim Epaminondas joco dixit, viro præſtante circa Leuctricæ pugnæ tempus morbo extincto: *Dii boni, quomodo in tantis negotiis vacavit huic mortem obire*; id vere uſurpare poſſis de viro vel actionem civilem, vel philoſophicam aliquam diſputationem præ manibus habente: Unde huic homini nunc ſuppeditavit otium cruditate laborandi, vino ſe obruendi: aut veneream libidinem exercendi? Defuncti autem iidem laboribus, nactique otium, corpus quiete reficiunt, non tam inutiles labores, quam non neceſſarias voluptates, utpote naturæ inimicas, vitantes atque fugientes.

XXIV. Auditu accepi, Tiberium aliquando Cæſarem dixiſſe, Ridiculum eſſe virum eum, qui annum vitæ egreſſus ſexageſimum, manum medico porrigat. Hoc quidem

δοκεῖ σοβαρώτερον, ἐκεῖνο δὲ ἀληθὲς εἶναι, τὸ δεῖν ἕκαστον
αὑτοῦ μήτε σφυγμῶν ἰδιότητος εἶναι ἄπειρον· πολλαὶ γὰρ
αἱ καθ' ἕκαστον διαφοραί· μήτε κρᾶσιν ἀγνοεῖν ἣν ἔχει
τὸ σῶμα θερμότητος καὶ ξηρότητος, μήτε οἷς ὠφελεῖσθαι
χρώμενον ἢ βλάπτεσθαι πέφυκεν. Αὑτοῦ γὰρ ἀναίσθη-
τός ἐστιν, καὶ τυφλὸς ἐνοικεῖ τῷ σώματι καὶ κωφὸς, ὁ
ταῦτα μανθάνων παρ' ἑτέρου, καὶ πυνθανόμενος τοῦ ἰατροῦ F
πότερον μᾶλλον θέρους ἢ χειμῶνος ὑγιαίνει, καὶ πότερον
τὰ ὑγρὰ ῥᾷον ἢ τὰ ξηρὰ προσδέχεται, καὶ πότερον φύσει
πυκνὸν ἔχει τὸν σφυγμὸν, ἢ μανόν. Καὶ γὰρ ὠφέλιμον
εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καὶ ῥᾴδιον, ἀεί γε δὴ πειρωμένους καὶ
συνόντας. Βρωμάτων δὲ καὶ πομάτων τὰ χρήσιμα
μᾶλλον ἢ τὰ ἡδέα γιγνώσκειν προσήκει· καὶ μᾶλλον
ἔμπειρον εἶναι τῶν εὐστομάχων, ἢ τῶν εὐστόμων· καὶ τῶν τὴν πέψιν
μὴ ταραττόντων, ἢ τῶν τὴν γεῦσιν σφόδρα γαργαλιζόντων. 137
Τὸ γὰρ παρ' ἰατροῦ πυνθάνεσθαι τί δύσπεπτον ἢ εὔπεπτον

F. 8. ἢ τῶν εὐστόμων] Dedi ex Voſſ. et Mez. ſententia flagitante. Vulgo ἢ τῶν οὐκ εὐστομάχων. Correxi Latina.

mihi dictum aliquanto videtur protervius. Ita autem ſentio, debere unumquemque et cognitas habere pulſuum ſuis in arteriis proprietates, (multæ enim ſingulis ſunt differentiæ) neque ignorare, qua temperie corpus ſit caloris aut ſiccitatis, quibuſve rebus juvetur aut lædatur: ſe ipſum enim non ſentit, ſuoque in corpore cæcus inhabitat ac ſurdus, qui hæc ex alio cognoſcit, et medicum percunctatur, æſtatene an hyeme melius valeat, commodiuſne humidis quam ſiccis veſcatur, naturane crebrum habeat an rarum pulſum. Hæc et utile eſt habere cognita, et facile percipiuntur ſtudio atque uſu. Expedit etiam ciborum habere notitiam utilium potius quam ſuavium, peritumque eſſe eorum potius quæ ventriculo quam quæ gulæ conveniunt, et quæ concoctionem non perturbent, quam quæ guſtus ſenſum valde titillent. E medico quærere, quid ſibi facile ſit aut difficile concoctu, quid

αὐτῷ, καὶ τί δυσκοίλιον ἢ εὐκοίλιον, οὐχ ἧττον αἰσχρόν ἐστιν ἢ τὸ πυνθάνεσθαι τί γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ αὐστηρόν. Νῦν δὲ τοὺς μὲν ὀψοποιοὺς ἐπανορθοῦσιν, ἐμπείρως διαισθανόμενοι τοῦ πλέον τὸ γλυκὺ τοῦ προσήκοντος, ἢ τὸ ἁλμυρὸν ἢ τὸ αὐστηρὸν ἔνεστιν· αὐτοὶ δὲ ἀγνοοῦσι τί τῷ σώματι μιχθὲν, ἐλαφρὸν καὶ ἄλυπον ἔσται καὶ χρήσιμον. Ὅθεν ζωμοῦ μὲν ἄρτυσις οὐ πολλάκις ἁμαρτάνεται παρ' αὐτοῖς· αὑτοὺς δὲ ὁμοῦ φαύλως καὶ κακῶς ἀρτύοντες
B ὁσημέραι, πολλὰ παρέχουσι πράγματα τοῖς ἰατροῖς. Ζωμὸν μὲν γὰρ οὐχ ἄριστον ἡγοῦνται τὸν γλυκύτατον, ἀλλὰ καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα συμμιγνύουσιν· εἰς δὲ τὸ σῶμα πολλὰς καὶ κατακόρους ἐμβάλλουσιν ἡδονὰς, τὰ μὲν ἀγνοοῦντες, τὰ δὲ οὐ μνημονεύοντες ὅτι τοῖς ὑγιεινοῖς καὶ ὠφελίμοις ἡ φύσις ἡδονὴν ἄλυπον καὶ ἀμεταμέλητον προστίθησιν. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα δεῖ μνημονεύειν, τὰ

B. 3. καὶ πικρὰ καὶ γλυκέα] Ita Stephanus dedit ex Pol. et Jannot. Conſentit Mez. nec diſſentit A. et Venet. Cæteri omnes aliter: πολλὰ καὶ δριμέα E. Voſſ. καὶ πολλὰ καὶ δριμέα Ald. Baſ. καὶ πικρὰ πολλὰ καὶ δριμέα Xyl.

B. 6. ἀμεταμέλητον] Veram et elegantem lectionem exhibuit Stephanus, in qua conſentiunt Pol. Jannot. Venet. At reliqui noſtri A. E. Voſſ. Ald. Baſ. Xyl. ἀμετάβλητον, ſolenni confuſione.

ventri inimicum aut amicum, non minus turpe eſt quam ſciſcitari, quid ſit dulce, amarum, auſterum. Nunc vulgo coquorum corrigunt errata, perite ſentientes ipſi ſicubi pluſquam oportuit dulcedinis aut ſalſedinis aut auſteritatis cibo ſit admixtum: ignorantes interim quomodo temperari is debeat, ut corpori citra moleſtiam proſit. Itaque in jure quidem condiendo apud eos raro peccatur: ſeipſos autem vitioſe condientes quotidie, multum negotii medicis exhibent. Non enim id jus putant optimum, quod ſit dulciſſimum, ſed et amara multa, acriaque admiſcent: in corpus vero multa voluptatem conciliantia ad faſtidium uſque injiciunt, ſive ignari ſive obliti naturam ſalubribus et utilibus voluptatem moleſtiæ expertem ſtabilemque addere. Itaque cum me-

σύμφυλα καὶ πρόσφορα τῷ σώματι, καὶ τοὐναντίον ἐν
ταῖς καθ' ὥραν μεταβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις περιστά-
σεσιν, εἰδότας οἰκείως προσαρμόττειν ἑκάστῳ τὴν δίαιταν.

κέ. Ὅσα μὲν γὰρ μικρολογίας καὶ ἀνελευθερίας C
προσκρέματα λαμβάνουσιν οἱ πολλοὶ περί τε συγκο-
μιδὰς καρπῶν, καὶ τηρήσεις ἐπιπόνους, ἀγρυπνίαις καὶ
περιδρομαῖς ἐξελέγχοντες τὰ σαθρὰ καὶ ὕπουλα τοῦ
σώματος, οὐκ ἄξιόν ἐστι δεδιέναι μὴ πάθωσιν ἄνδρες φι-
λολόγοι καὶ πολιτικοί, πρὸς οὓς ἐνέστηκεν ἡμῖν ὁ λόγος·
ἀλλ' ἑτέραν τινὰ φυλακτέον ἐστὶ τούτοις δριμυτέραν ἐν
γράμμασι καὶ μαθήσεσι μικρολογίαν, ὑφ' ἧς ἀφειδεῖν καὶ
ἀμελεῖν τοῦ σώματος ἀναγκάζονται, πολλάκις ἀπαγο-
ρεύοντος οὐκ ἐνδιδόντες, ἀλλὰ προσβιαζόμενοι θνητὸν D
ἀθανάτοις, καὶ γηγενὲς ὀλυμπίοις συνεξαμιλλᾶσθαι καὶ

C. 9. ἀπαγορεύοντος] Ita E. Voſſ. Xyl. Mez. At Ald. Baſ. απαγορέοντες unde facile Stephanus veram lectionem a nobis exhibitam videre poterat, niſi eum a vero abduxiſſet auctoritas, quam ſequi ſolet Jannotiani et Poliani libri ex quibus dedit ἀπαγορεύοντες: nec tamen diſſentiunt ab iis A. et Venet,

D. 2. ἀθανάτοις—ὀλυμπίοις] ἀθανάτῳ Mez. ὀλυμπίῳ Voſſ. Mez.

moria tenere debemus quæ cognata et utilia ſint corporibus noſtris, tum contra in mutationibus tempeſtatum anni aliiſque circumſtantiis ſubinde victus rationem convenientem uſurpare.

XXV. Jam quæ multi damna ſibi ipſis ob ſordes et illiberalitatem inferunt, ob fructuum collectiones et conſervationes, pervigilando ac hinc inde curſitando male affectas corporis partes vitiumque intus alentes in apertum conjicientes morbum: metuendum non eſt ne eveniant litteratis et in republica verſantibus viris, de quibus ſuſcepta eſt hæc noſtra diſputatio: ſed alia his cavenda eſt nimis anxia minimorum etiam momentorum cura in litteris et diſciplinis verſantibus, quæ eos eo neceſſitatis adigit interdum, ut rationem corporis non habeant, neque parcant ſuccumbenti laboribus, ſed cogant mortalem immortali, ac terreſtrem æthereæ parti in elabo-

συνεξαμύνειν. Εἶτα ὡς ὁ βοῦς πρὸς τὴν ὁμόδουλον ἔλεγε κάμηλον, ἐπικουφίσαι τοῦ φορτίου μὴ βουλομένην, Ἀλλὰ κἀμὲ καὶ ταῦτα πάντα μετ' οὐ μακρὸν οἴσεις· ὃ καὶ συνέβη τελευτήσαντος αὐτοῦ. Οὕτω συμβαίνει τῇ ψυχῇ, μικρὰ χαλάσαι καὶ παρεῖναι μὴ βουλομένῃ πονοῦντι καὶ δεομένῳ, μετ' ὀλίγον πυρετοῦ τινος ἢ σκοτώματος ἐμπεσόντος, ἀφεῖσα τὰ βιβλία καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς διατριβὰς, ἀναγκάζεται συννοσεῖν ἐκείνῳ καὶ συγκάμνειν.
E Ὀρθῶς οὖν ὁ Πλάτων παρῄνεσε, Μήτε σῶμα κινεῖν ἄνευ ψυχῆς, μήτε ψυχὴν ἄνευ σώματος, ἀλλ' οἷόν τινα συνωρίδος ἰσορροπίαν διαφυλάττειν, ὅτε μάλιστα τῇ ψυχῇ συνεργεῖ τὸ σῶμα καὶ συγκάμνει πλείστην ἐπιμέλειαν αὐτῷ καὶ θεραπείαν ἀποδιδόντας, καὶ τὴν καλὴν καὶ ἐράσμιον ὑγίειαν ἀποδιδόντας, ὧν δίδωσιν ἀγαθῶν,

D. 3. ὡς ὁ βοῦς] ὡς addidi ex Voſſiani margine.
D. 7. μικρὰ] Vulgo καὶ μικρά. Delevi καὶ cum Mez.
E. 6. ὑγίειαν ἀποδιδόντας] Ita omnes libri. Attamen corrigendum puto ἀπολαβόντας.

rando æqualem præſtare induſtriam. Cæterum ut camelo uſuvenit, quod ei bos prædixerat, cum eidem ſervirent domino, et parte oneris levare ipſum camelus recuſaſſet, Fore ut paulo poſt et ipſum, et totum onus cogeretur geſtare: (mortuo enim bove id impletum eſt): ita animo quoque contingit, ut dum defatigato corpori et quietem flagitanti nullam remiſſionem concedere vult, paulo poſt febri orta aut vertigine, libris et diſputationibus omiſſis cogatur una ægrotare ac dolere. Recte itaque Plato conſulit, *neque corpus eſſe abſque animo, neque ſine corpore animum movendum, ſed quandam eſſe velut junctorum ad bigas equorum debere momentorum æquabilitatem*, ut quo maxime tempore corpus animi conatus laboreſque adjuvat, eo id maxime etiam curemus atque foveamus, pulchramque ei illam et amabilem ſanitatem præſtemus: idque nobis ſummum ab eo

κάλλιστον ἡγουμένους διδόναι τὸ πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς, καὶ χρῆσιν ἔν τε λόγοις καὶ πράξεσιν ἀκώλυτον αὐτῶν.

E. 7. κτῆσιν] Vera hæc lectio revocata eſt ex A. var. lect. Voſſ. Turneb. Alii ſcripti non longe abeunt: E. item A. et Voſſ. in contextu κλῆσιν. Venet. et Pol. κλῆξιν. Editi Ald. Baſ. Xyl. Steph. γνῶσιν.

bonum, omnium quæ poteſt, exhiberi exiſtimemus, cum in cognitione virtutis uſuque in dicendo et agendo nullum nobis objicit impedimentum.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

138 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ

ΠΟΛΛΙΑΝΩ ΚΑΙ ΕΥΡΥΔΙΚῌ.

ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

PLUTARCHI

CONJUGALIA PRÆCEPTA.

PLUTARCHUS

POLLIANO ET EURYDICÆ.

S. P. D.

a ΜΕΤΑ τὸν πάτριον θεσμὸν, ὃν ὑμῖν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια συνειργνυμένοις ἐφήρμοσεν, οἶμαι καὶ τὸν λόγον ὁμοῦ συνεφαπτόμενον ὑμῶν καὶ συνυμεναιοῦντα, χρήσιμον ἄν τι ποιῆσαι καὶ τῷ νόμῳ προσῳδόν. Ἐν

POST patriam legem, quam vobis in conjugialem thalamum concluſis antiſtita Cereris impoſuit, arbitror etiam orationem noſtram utile aliquid legique conſonum facturam, ſi vos una compellet, hymenæumque concelebret.

μὲν γὰρ τοῖς μουσικοῖς ἕνα τῶν αὐλητικῶν νόμων ἱππόθορον ἐκάλουν, μέλος τι τοῖς ἵπποις ὁρμῆς ἐπεγερτικὸν, ὡς ἔοικεν, ἐνδιδόντα περὶ τὰς ὀχείας· φιλοσοφίᾳ δὲ πολλῶν λόγων καὶ καλῶν ἐνόντων, οὐδενὸς ἧττον ἄξιος σπουδῆς ὁ γαμήλιός ἐστιν οὗτος, ᾧ κατᾴδουσα τοὺς ἐπὶ C
βίου κοινωνίᾳ συνιόντας εἰς ταὐτὸ, πρᾴους τε παρέχει καὶ χειροήθεις ἀλλήλοις. Ὧν οὖν ἀκηκόατε πολλάκις ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενοι, κεφάλαια συντάξας ἔν τισιν ὁμοιότησι βραχείαις, ὡς εὐμνημόνευτα μᾶλλον εἴη, κοινὸν ἀμφοτέροις πέμπω δῶρον, εὐχόμενος τῇ Ἀφροδίτῃ τὰς Μούσας παρεῖναι καὶ συνεργεῖν· ὡς μήτε λύραν τινὰ μήτε κιθάραν μᾶλλον αὐταῖς, ἢ τὴν περὶ γάμον καὶ οἶκον ἐμμέλειαν ἡρμοσμένην παρέχειν, διὰ λόγου καὶ ἁρμονίας καὶ φιλοσοφίας προσῆκον. Καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται D

B. 7. περὶ τὰς ὀχείας] A. ἐπὶ τὰς ὀχείας.

De muſicis modis unus Hippothorus appellatus fuit quod ſcilicet eo equi ad coitum excitarentur. Sed cum multæ ſint in philoſophia pulchræ diſputationes, nulli eorum poſtponenda videtur eſſe nuptialis oratio, quæ ad vitæ ſocietatem conjungentes ſeſe demulcens, placidos mutuo ſibi cicureſque reddit. Itaque eorum, quæ vos in philoſophia educati ſæpe audiviſtis, capita ſimilitudinibus quibuſdam brevibus complexus, ut eo facilius memoria teneri poſſent, commune ambobus donum mitto, Muſas comprecans, ut adeſſe Veneri, eique operam ſuam dare dignentur: non enim tam lyræ aut citharæ, quam conjugii et rei familiaris concentum ab iis inſtrui, oratione, concinnitate, et philoſophia, convenit. Quando etiam priſci Mercurium juxta Venerem collocabant, ut oſtenderent matrimonii voluptatem maxime orationis indigere: itemque Suadam et Gratias, ut docerent conjuges in-

παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες.

α΄. Ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου κατατραγοῦσαν· αἰνιττόμενος, ὡς ἔοικεν, ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν, εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν.

β΄. Ἐν Βοιωτίᾳ τὴν νύμφην κατακαλύψαντες, ἀσφαραγωνιᾷ στεφανοῦσιν· ἐκείνη τε γὰρ ἥδιστον ἐκ τραχυτάτης ἀκάνθης καρπὸν ἀναδίδωσιν, ἥ τε νύμφη τῷ μὴ φυγόντι μήτε δυσχεράναντι τὴν πρώτην χαλεπότητα καὶ ἀηδίαν αὐτῆς, ἥμερον καὶ γλυκεῖαν παρέξει
E συμβίωσιν. Οἱ δὲ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες, οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν ἑτέροις προϊεμένων. Πολλαὶ δὲ καὶ τῶν νεογάμων δυσχεράνασαι διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους, ὅμοιον ἔπαθον πάθος τοῖς τὴν μὲν πληγὴν τῆς μελίττης ὑπομείνασι, τὸ δὲ κηρίον προεμένοις.

vicem quæ vellent impetrare debere perſuadendo, non pugnando, aut rixando.

I. Solon jubebat ſponſam cum ſponſo concubituram prius manducare malum Cydonium: innuens ea re, primam quæ ore et voce initur gratiam concinnam debere eſſe et ſuavem.

II. In Bœotia ſponſam velantes aſpharagonia coronant. Hæc enim planta dulciſſimum ex aſperrima ſpina fructum edit: et ſponſa non fugienti aut aſpernanti quod primo inſuavem ſe et difficilem ipſa præbet, manſuetam ac dulcem vitæ ſociam ſe præbet. Qui vero primas virginum diſſenſiones non ſuſtinent, nihilo ſaniores iis ſunt qui immaturæ offenſi uvæ ſapore, maturas aliis relinquunt. Multæ etiam recens nuptæ a maritis ob primas actiones abalienatæ animis, eadem ſunt conditione qua qui ictum apis pertulerunt dimiſſo favo.

γʹ. Ἐν ἀρχῇ μάλιστα δεῖ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς προσκρούσεις φυλάττεσθαι τοὺς γεγαμηκότας, ὁρῶντας ὅτι καὶ τὰ συναρμοσθέντα τῶν σκευῶν, κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπὸ τῆς τυχούσης ῥᾳδίως διασπᾶται προφάσεως, χρόνῳ δὲ τῶν ἁρμῶν σύμπηξιν λαβόντων, μόλις ὑπὸ F
πυρὸς καὶ σιδήρου διαλύεται.

δʹ. Ὥσπερ τὸ πῦρ ἐξάπτεται μὲν εὐχερῶς ἐν ἀχύροις καὶ θρυαλλίδι καὶ θριξὶ λαγώαις, σβέννυται δὲ τάχιον ἂν μή τινος ἑτέρου δυναμένου στέγειν ἅμα καὶ τρέφειν ἐπιλάβηται, οὕτω τὸν ἀπὸ σώματος καὶ ὥρας ὀξὺν ἔρωτα τῶν νεογάμων ἀναφλεγόμενον, δεῖ μὴ διαρκῆ μηδὲ βέβαιον νομίζειν, ἂν μὴ περὶ τὸ ἦθος ἱδρυθεὶς, καὶ τοῦ φρονοῦντος ἁψάμενος ἔμψυχον λάβῃ διάθεσιν.

εʹ. Ἡ διὰ τῶν φαρμάκων θήρα, ταχὺ μὲν αἱρεῖ 139
καὶ λαμβάνει ῥᾳδίως τὸν ἰχθῦν, ἄβρωτον δὲ ποιεῖ καὶ φαῦλον· οὕτως αἱ φίλτρα τινὰ καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμεναι τοῖς ἀνδράσι, καὶ χειρούμεναι δι' ἡδονῆς αὐτοὺς, ἐμπλήκτοις καὶ ἀνοήτοις καὶ διεφθαρμένοις συμβι-

III. Sunt inito matrimonio præſertim principio cavendæ diſſenſiones et offenſæ, conſiderandumque eſt vaſa quæ ex partibus compinguntur, initio facile quavis alliſione divelli: ubi vero temporis progreſſu compages firma eſt, ſolideque coaluerunt, vix igni et ferro diſſolvi.

IV. Sicut ignis in paleis aut pilis leporum facillime exardeſcit, mox autem extinguitur, niſi materiam quæ ei ſuſtinendo et nutriendo ſit apta, inveniat: ita amor recens conjunctorum a forma corporis incenſus, durabilis et ſtabilis non eſt putandus, niſi in ipſis animis defixus mentemque occupans vivam nanciſcatur affectionem.

V. Quemadmodum piſces medicamentis celeriter capiuntur, ſed eſui inutiles fiunt: ſic mulieres quæ amoris poculis et veneficiis viros captant, voluptateque in ſuam poteſtatem redigunt, ſtupidos eos vecordes, corruptoſque dein-

οῦσιν. Οὐδὲ γὰρ τὴν Κίρκην ὤνησαν οἱ καταφαρμαχθέντες, οὐδὲ ἐχρήσατο πρὸς οὐδὲν αὐτοῖς ὑσὶ καὶ ὄνοις γενομένοις· τὸν δὲ Ὀδυσσέα νοῦν ἔχοντα καὶ συνόντα φρονίμως, ὑπερηγάπησεν.

ϛʹ. Αἱ βουλόμεναι μᾶλλον ἀνοήτων κρατεῖν ἀνδρῶν ἢ φρονίμων ἀκούειν, ἐοίκασι τοῖς ἐν ὁδῷ βουλομένοις μᾶλλον ὁδηγεῖν τυφλοῖς, ἢ τοῖς γινώσκουσιν ἀκολουθεῖν καὶ βλέπουσι.

B ζʹ. Τὴν Πασιφάην ἀπιστοῦσιν ἐρασθῆναι βοὸς βασιλεῖ συνοῦσαν, ἐνίας ὁρῶσαι τοὺς μὲν αὐστηροὺς καὶ σώφρονας βαρυνομένας, τοῖς δ' ἐξ ἀκρασίας καὶ φιληδονίας κεκραμένοις, ὥσπερ κυσὶν ἢ τράγοις, ἥδιον συνούσας.

ηʹ. Οἱ τοῖς ἵπποις ἐφάλλεσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν ἢ μαλακίαν, αὐτοὺς ἐκείνους ὀκλάζειν καὶ ὑποπίπτειν διδάσκουσιν· οὕτως ἔνιοι τῶν λαβόντων εὐγενεῖς ἢ

A. 8. νῦν ἔχοντα] Steph. νοῦν: operarum vitio, ut prodit accentus: quem Græco-Latinæ ſequentes fecerunt νόον ut nimirum Homerica forma conſtaret. At νῦν habent omnes libri noſtri A. B. E. P. Ald. Baſ. Xyl.

B. 4. κεκραμένοις] Dubium eſt quid præſtet, hocne, an κρεμαμένοις quod habent B. E. P. Turn. MS. et confirmant licet corrupta lectione κρεμαμένων Pol. et Jannot.

ceps vitæ ſocios habent: nam Circæ quidem nihil profuerunt ii quos veneficio mutaverat, neque ullam ad rem eis uſa eſt cum in canes et aſinos degeneraſſent: Ulyſſem autem prudentem virum, prudenterque ſecum verſantem ſupra modum dilexit.

VI. Quæ malunt fatuis imperare viris, quam obtemperare prudentibus, eorum ſunt ſimiles, qui in via cæcos ducere malunt, quam videntes et itineris peritos ſequi.

VII. Non credunt mulieres Paſiphaen, cum regis eſſet uxor, bovem adamaſſe: cum tamen videant quaſdam, quæ auſteros et temperantes non ferunt, intemperantibus et libidinoſis, veluti canibus quibuſdam aut hircis, libentius conſueſcere.

VIII. Qui ob imbecillitatem aut mollitiem non poſſunt inſilire in equos, illos condocefaciunt ut ſe ſubmittant ac ingeniculent: eodem modo quidam ducendis nobilibus vel

πλουσίας γυναῖκας, οὐχ ἑαυτοὺς ποιοῦσι βελτίους, ἀλλ' ἐκείνας περικολούουσιν, ὡς μᾶλλον ἄρξοντες ταπεινῶν γενομένων. Δεῖ δὲ, ὥσπερ ἵππου, τὸ μέγεθος φυλάττοντα καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς γυναικὸς, χρῆσθαι τῷ χαλινῷ.

θʹ. Τὴν σελήνην, ὅταν ἀποστῇ τοῦ ἡλίου, περιφανῆ C
καὶ λαμπρὰν ὁρῶμεν, ἀφανίζεται δὲ καὶ κρύπτεται πλησίον γενομένην· τὴν δὲ σώφρονα γυναῖκα δεῖ τοὐναντίον, ὁρᾶσθαι μάλιστα μετὰ τοῦ ἀνδρὸς οὖσαν, οἰκουρεῖν δὲ καὶ κρύπτεσθαι μὴ παρόντος.

ιʹ. Οὐκ ὀρθῶς Ἡρόδοτος εἶπεν, Ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ. Τοὐναντίον γὰρ ἡ σώφρων ἀντενδύεται τὴν αἰδῶ, καὶ τῷ μάλιστα φιλεῖν, τὸ μάλιστα αἰδεῖσθαι, συμβόλῳ χρῶνται πρὸς ἀλλήλους.

ιαʹ. Ὥσπερ ἂν φθόγγοι δύο σύμφωνοι ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος· οὕτω πᾶσα πρᾶξις ἐν οἰκίᾳ D
σωφρονούσῃ πράττεται μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ὁμονοούν-

C. 8. τῷ μάλιστα φιλεῖν] Corrigendum cum Mez. τοῦ μάλιστα φιλεῖν τὸ μάλιστα αἰδεῖσθαι.

opulentis uxoribus, non ſeſe meliores redigunt, ſed illas deprimunt, ut humilibus facilius imperare poſſint: cum oportuerit ratione habita ut magnitudinis in equo, ita dignitatis in muliere, fræno uti.

IX. Lunam videmus cum longe a Sole diſtat illuſtrem eſſe ac lucidam, obſcurari autem cum ei appropinquat: contra pudica mulier maxime cerni debet cum ſuo marito, eo autem abſente domi ſe continere et abſcondi.

X. Non recte eſt ab Herodoto dictum, ſimul cum tunica mulierem verecundiam exuere, quæ enim caſta eſt, poſita veſte verecundiam ejus loco induit, maximaque verecundia conjuges teſſera maximi invicem amoris utuntur.

XI. Sicut cum ſumuntur duæ conſonæ voces, cantus graviori adſcribitur: ita in familia recte inſtituta omnes res geruntur quidem conſenſu con-

των, ἐπιφαίνει δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίαν, καὶ προαίρεσιν.

ιβ΄. Ὁ ἥλιος τὸν βορέαν ἐνίκησεν. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος τοῦ μὲν ἀνέμου βιαζομένου τὸ ἱμάτιον ἀφελέσθαι, καὶ λαμπρὸν καταπνέοντος, μᾶλλον ἔσφιγγε καὶ συνεῖχε τὴν περιβολήν· τοῦ δὲ ἡλίου μετὰ τὸ πνεῦμα θερμοῦ γενομένου θαλπόμενος, εἶτα καυματιζόμενος, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ προσαπεδύσατο. Τοῦτο ποιοῦσιν αἱ πλεῖσται γυ-
E ναῖκες· ἀφαιρουμένοις τοῖς ἀνδράσι βίᾳ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν, διαμάχονται καὶ χαλεπαίνουσιν· ἂν δὲ πείθωνται μετὰ λόγου, πράως ἀποτίθενται καὶ μετριάζουσιν.

ιγ΄. Ὁ Κάτων ἐξέβαλε τῆς βουλῆς τὸν φιλήσαντα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα τῆς θυγατρὸς παρούσης. Τοῦτο μὲν οὖν ἴσως σφοδρότερον· εἰ δὲ αἰσχρόν ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶν, ἑτέρων παρόντων ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν καὶ περιβάλλειν ἀλλήλους, πῶς οὐκ αἴσχιον ἑτέρων παρόντων λοι-

D. 3. καὶ προαίρεσιν] Sic B. E. Turn. P. MS. Vulgo ἢ καὶ προαίρεσιν. Pervulgato errore η ex antecedenti ν ortum.

jugum, viri tamen vel imperium vel conſilium elucet.

XII. Sol Aquilonem viciſſe aliquando traditur. Cum enim ventus adimere homini pallium vellet copioſo flatu, arctius hic id contraxit atque tenuit. Sole autem poſt ventum calidis radiis eum urente, præ æſtu ſimul cum pallio tunicam exuit. Hoc modo plurimæ agunt mulieres: maritis vi luxum eripere conantibus repugnant et iraſcuntur: placidis verbis ſuadentibus miſſum eum faciunt, mediocritatemque ſervant.

XIII. Cato ſenatu movit eum qui præſente filia oſculatus erat uxorem: ſeverius fortaſſis æquo. Sed tamen ſi eſt (ut profecto eſt) turpe conjuges in præſentia aliorum blandiri, oſculari, et amplecti ſeſe invicem: qui non ſit turpius coram aliis rixari et con-

δορεῖσθαι καὶ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους; Δεῖ τὰς μὲν ἐντεύξεις καὶ φιλοφροσύνας ἀπορρήτους πρὸς τὴν γυναῖκα ποιεῖσθαι, νουθεσίᾳ δὲ καὶ μέμψει καὶ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι F φανερᾷ καὶ ἀναπεπταμένῃ.

ιδʹ. Ὥσπερ ἐσόπτρου κατεσκευασμένου χρυσῷ καὶ λίθοις ὄφελος οὐδέν ἐστιν, εἰ μὴ δείκνυσι τὴν μορφὴν ὁμοίαν· οὕτως οὐδὲ πλουσίας γαμετῆς ὄνησις, εἰ μὴ παρέχει τὸν βίον ὅμοιον τῷ ἀνδρὶ καὶ σύμφωνον τὸ ἦθος. Εἰ χαίροντος μὲν, εἰκόνα σκυθρωπὴν ἀποδίδωσι τὸ ἔσοπτρον, ἀχθομένου δὲ καὶ σκυθρωπάζοντος, ἱλαρὸν καὶ σεσηρυῖαν, ἡμαρτημένον ἐστὶ καὶ φαῦλον. Οὐκοῦν καὶ γυνὴ φαῦλος καὶ ἄκαιρος, ἡ παίζειν μὲν ὡρμημένου καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοῦ ἀνδρὸς, ἐσκυθρωπακυῖα· σπουδάζοντος δὲ, παίζουσα καὶ γελῶσα· τὸ μὲν γὰρ, ἀηδίας, τὸ δὲ, ὀλιγωρίας. Δεῖ δὲ, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι λέγουσι τὰς ιε

E. 10. Δεῖ τὰς μὲν] δεῖ abeſt ab Ald. Baſ. B. [Addit Pol. Jannot. Exempl. Turneb. Anon. Ejus loco καὶ habent Xyl. et Mez. Credo legendum eſſe Δεῖ οὖν τὰς μὲν: eſt enim præceptum quod conſtituitur ex reprehenſione antecedentium. *Oportet igitur congreſſus et amplexus facere occultos; querimonia vero et admonitione et corrigendi candore, uti manifeſtis et apertis.*

F. 1. μέμψει καὶ παῤῥησίᾳ] καὶ addidi ex Anon. Vulc. Mez.

vicia mutua jacere? et cum quæ ad amorem pertinent agantur in occulto, qui conveniens ſit maritum in caſtiganda, reprehendendave conjuge libertate uti aperta et omnibus conſpicua?

XIV. Sicut ſpeculum auro et gemmis ornatum nihil valet, niſi ſimilem exhibeat rebus imaginem: ſic divitis mulieris nullus eſt uſus, vitam viro ſimilem, moreſque conſonos non gerentis. Vitioſum eſt ſpeculum et pravum, quod læti imaginem triſtem: triſtis ac tetrici, lætam atque renidentem præbet: ita et uxor inutilis ac intempeſtiva eſt: quæ luſum quærente oblectationemque viro torvum tuetur, ſerias res agente ludit ac ridet: quorum alterum inſuavis eſt, alterum contemnentis maritum. Sed quemadmodum geometræ dicunt lineas et ſuperficies non

γραμμὰς καὶ τὰς ἐπιφανείας οὐ κινεῖσθαι καθ᾽ ἑαυτὰς, ἀλλὰ συγκινεῖσθαι τοῖς σώμασιν, οὕτω τὴν γυναῖκα μηδὲν ἴδιον πάθος ἔχειν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῷ ἀνδρὶ καὶ σπουδῆς, καὶ παιδιᾶς, καὶ συννοίας, καὶ γέλωτος.

ιε΄. Ὡς οἱ τὰς γυναῖκας μὴ ἡδέως βλέποντες ἐσθιούσας καὶ πινούσας μετ᾽ αὐτῶν, διδάσκουσιν ἐμπίπλασθαι μόνας γενομένας· οὕτως οἱ μὴ συνόντες ἱλαρῶς ταῖς γυναιξὶ, μηδὲ παιδιᾶς κοινωνοῦντες αὐταῖς καὶ γέλωτος, ἰδίας ἡδονὰς χωρὶς αὐτῶν ζητεῖν διδάσκουσιν.

B ις΄. Τοῖς τῶν Περσῶν βασιλεῦσιν αἱ γνήσιαι γυναῖκες παρακάθηνται δειπνοῦσι καὶ συνεστιῶνται· βουλόμενοι δὲ παίζειν καὶ μεθύσκεσθαι, ταύτας μὲν ἀποπέμπουσι, τὰς δὲ μουσουργοὺς καὶ παλλακίδας καλοῦσιν· ὀρθῶς τοῦτό γε αὐτὸ ποιοῦντες, ὅτι τὸ συνακολασταίνειν καὶ παροινεῖν οὐ μεταδιδόασι ταῖς γαμεταῖς. Ἂν οὖν ἰδιώτης ἀνὴρ, ἀκρατὴς δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ ἀνάγωγος, ἐξαμάρτῃ τι πρὸς ἑταίραν ἢ θεραπαινίδα, δεῖ τὴν γαμε-

B. 5. αὐτὸ ποιοῦντες] αὐτὸ abeſt in A. B. E. Turn. MS. Forte corrigendum αὐτοί.

ſeipſis moveri, ſed motus corporum comitari: ita uxor debet non proprias habere affectiones, ſed mariti ſeria, joca, auſteritatem vultus, riſumque ſubſequi.

XV. Qui uxores ſecum edere ac bibere moleſte ferunt, condocefaciunt eas ut ſolæ ſeſe impleant: ſic qui non hilare cum uxoribus ſuis vivunt, jociſque et riſui ſocias non adhibent, docent eas ſeorſim ſibi voluptates quærere.

XVI. Perſarum regibus in cœna ac conviviis adſident reginæ: verum ubi ludendi et inebriandi inceſſit voluntas, eas amandant, et muſicas pellicesque advocant: recte hoc quidem, quod ebrietatis et libidinis ſuæ participes fieri uxores nolunt. Ergo ſi quis privatus libidinis incontinens et male moratus aliquid ſcorto aut ancilla abuſus deliquerit,

Καὶ γὰρ ἡ φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν'
ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα, καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμ- F
φοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον· ὥστε μηδέτερον διορίσαι,
μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον, ἢ τὸ ἀλλότριον. Αὕτη τοίνυν
καὶ χρημάτων κοινωνία προσήκει μάλιστα τοῖς γαμοῦσιν
εἰς μίαν οὐσίαν πάντα καταχεαμένοις καὶ ἀναμίξασι, μὴ
τὸ μέρος ἴδιον, καὶ τὸ μέρος ἀλλότριον, ἀλλὰ πᾶν ἴδιον
ἡγεῖσθαι, καὶ μηδὲν ἀλλότριον. Ὥσπερ τὸ κρᾶμα,
καίτοι ὕδατος μετέχον πλείονος, οἶνον καλοῦμεν, οὕτω τὴν
οὐσίαν δεῖ καὶ τὸν οἶκον, τοῦ ἀνδρὸς λέγεσθαι, κἂν ἡ γυνὴ
πλείονα συμβάλληται.

κα'. Φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη, φιλήδονος ὁ Πάρις·
φρόνιμος ὁ Ὀδυσσεύς, σώφρων ἡ Πηνελόπη· διὰ τοῦτο
μακάριος γάμος ὁ τούτων καὶ ζηλωτός· ὁ δὲ ἐκείνων,
Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν. 14

κβ'. Ὁ Ῥωμαῖος ὑπὸ τῶν φίλων νουθετούμενος ὅτι
σώφρονα γυναῖκα καὶ πλουσίαν καὶ ὡραίαν ἀπεπέμψατο,

conſtet. Ipſa enim natura miſcendis corporibus noſtris utrinque partem ſumit eaſque confundit, ut amborum commune ſit quod producitur, neutrique liceat quid ſuum, quid alienum ſit diſcernere. Proinde talis opum communitas maxime conjugium decet, ut in unam omnia congerant commiſceantque ſubſtantiam, neque pars habitus alia propria, alia aliena habeatur, ſed omnia propria ducantur, nihil alienum. Sicut vinum aqua temperatum, tametſi aquæ adſit plus, vinum tamen vocamus: ita rem familiarem æquum eſt viri appellari, quamvis majorem partem attulerit mulier.

XXI. Inhiabat opibus Helena, voluptatibus erat addictus Paris: contra Ulyſſes prudens, pudica Penelope: itaque horum conjugium fuit beatum et dignum æmulatione: illorum conjunctio Iliadem malorum Græcis barbariſque intulit.

XXII. Romanus ille amicis caſtigantibus, quod pudicæ, diviti, formoſæque uxori nuncium remiſiſſet, pede por-

τὸν κάλτιον αὐτοῖς προτείνας, Καὶ γὰρ οὗτος, ἔφη, καλὸς ἰδεῖν καὶ καινός, ἀλλ' οὐδεὶς οἶδεν ὅπου με θλίβει. Δεῖ τοίνυν μὴ προικὶ, μηδὲ γένει, μηδὲ κάλλει τὴν γυναῖκα πιστεύειν, ἀλλ' ἐν οἷς ἅπτεται μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς, ὁμιλίᾳ τε καὶ ἤθει, καὶ συμπεριφορᾷ, ταῦτα μὴ σκληρὰ, μηδ' ἀνιῶντα καθ' ἡμέραν, ἀλλ' εὐάρμοστα καὶ ἄλυπα

B καὶ προσφιλῆ παρέχειν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἐξ αἰτιῶν ἀδήλων καὶ κατὰ μικρὸν συλλεγομένων γεννωμένους πυρετοὺς μᾶλλον δεδοίκασιν, ἢ τοὺς ἐμφανεῖς καὶ μεγάλας προφάσεις ἔχοντας· οὕτω τὰ λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς μικρὰ καὶ συνεχῆ καὶ καθημερινὰ προσκρούματα γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, μᾶλλον διΐστησι καὶ λυμαίνεται τὴν συμβίωσιν.

κγ'. Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἤρα Θεσσαλῆς γυ-

A. 4. τὸν κάλτιον] Ita editi libri. Scripti mire variant: καλτίκιον A. B. E. Jannot. τὸ καλλίγιον αὐτῆς Exempl. Turn. Stob. Trincavell. τὸ καλλίγιον αὐτοῖς Stub. Geſner. p. 442. καλλίτιον αὐτῆς T. καλτίκιον αὐτῆς T. V. P. MS. κατίκιον Anon. χάλκεον Mez. Vulgatam cenſeo probam. Eſt item in Vita Æmilii Pauli, cui hoc dictum tribuitur p. 257. B.

B. 5. προσκρούματα] προσκρούσματα E. Stob. Frequens permutatio: poteſtate tamen differunt hæ voces.

recto, *Hic quoque*, inquit, *calceus pulcher adſpectu eſt ac novus, ſed nemo ſcit ubi me premat.* Ergo non doti, non natalibus, non pulchritudini fidere debet matrona, ſed iis rebus freta eſſe, quibus maxime maritum tangit: conſuetudine, inquam, morum comitate, et obſequio: ut ea in ſingulos dies non dura, neque moleſta, ſed concinna et grata jucundaque præſtet. Quo enim pacto medici febres ex occultis cauſis paulatimque collectis ortas periculoſiores judicant iis quæ illuſtribus et manifeſtis de cauſis exſiſtunt: eodem quæ plerofque fallunt exiles, continentes, quotidianæque offenſæ conjugum gravius divellunt læduntque convictum.

XXIII. Rex Philippus deperibat Theſſalicam quandam mulierem, quæ veneficio eum

γυναικὸς αἰτίαν ἐχούσης καταφαρμακεύειν αὐτόν· ἐσπούδασεν οὖν ἡ Ὀλυμπιὰς λαβεῖν τὸν ἄνθρωπον ὑποχείριον. Ὡς δὲ εἰς ὄψιν ἐλθοῦσα, τό, τε εἶδος εὐπρεπὴς ἐφάνη, καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὴν οὐκ ἀγεννῶς οὐδὲ ἀσυνέτως, Χαιρέτωσαν, εἶπεν ἡ Ὀλυμπιὰς, αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ C
ἐν σεαυτῇ τὰ φάρμακα ἔχεις. Ἄμαχον οὖν τι γίνεται πρᾶγμα γαμετὴ γυνὴ καὶ νόμιμος, ἂν ἐν αὐτῇ πάντα θεμένη, καὶ προῖκα, καὶ γένος, καὶ φάρμακα, καὶ τὸν κεστὸν αὐτὸν, ἤθει καὶ ἀρετῇ κατεργάσηται τὴν εὔνοιαν.

κδʹ. Πάλιν ἡ Ὀλυμπιὰς, αὐλικοῦ τινος νεανίσκου γήμαντος εὐπρεπῆ γυναῖκα κακῶς ἀκούουσαν, Οὗτος, εἶπεν, οὐκ ἔχει λογισμόν· οὐ γὰρ ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔγημε. Δεῖ δὲ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις· ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν, οὐ κρίναντες πῶς συμβιωσομένην. D

κεʹ. Ὁ Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς, ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ

circumveniſſe dicebatur: operam dedit Olympias, ut eam in ſuam redigeret poteſtatem: cum in conſpectum ea reginæ veniſſet, neque forma tantum videretur egregia, ſed et collocuta eſſet neque abjecte neque imprudenter: Faceſſant, inquit Olympias, calumniæ: tibi tua in teipſa ſunt repoſita veneficia: itidem eam benevolentiam mariti nulla res poteſt abolere quam uxor moribus et virtute ſibi paraverit, dotem, genus, medicamenta, ipſumque adeo Veneris ceſtum in ſeſe ipſa collocans.

XXIV. Rurſum Olympias cum aulicus quidam adoleſcens formoſam, ſed male audientem duxiſſet uxorem: Hic, inquit, ſi ratione eſſet præditus, nunquam profecto oculis matrimonium coiviſſet. Enimvero non oculis, non digitis iſta res agenda eſt: quod faciunt nonnulli, dotem ſupputantes ſponſæ, non explorantes qualis in convictu ſit futura.

XXV. Socratis eſt præceptum, adoleſcentes, ſi in ſpeculum intueantur, turpes, formæ vitium debere morum virtute corrigere: formoſos ad-

καλοὺς, μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος. Καλὸν οὖν καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, ὅταν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχῃ τὸ ἔσοπτρον, αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ διαλαλεῖν, τὴν μὲν αἰσχρὰν, Τί οὖν ἂν μὴ σώφρων γένωμαι; τὴν δὲ καλὴν, Τί οὖν ἂν σώφρων γένωμαι; τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος.

κϛʹ. Ταῖς Λυσάνδρου θυγατράσιν ὁ τύραννος ὁ Σικελικὸς ἱμάτια καὶ πλόκια τῶν πολυτελῶν ἔπεμψεν·
E ὁ δὲ Λύσανδρος οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν, Ταῦτα τὰ κόσμια καταισχυνεῖ μου μᾶλλον ἢ κοσμήσει τὰς θυγατέρας. Πρότερος δὲ Λυσάνδρου Σοφοκλῆς τοῦτο εἶπεν,

Οὐ κόσμος, οὐκ, ὦ τλῆμον, ἀλλ' ἀκοσμία
Φαίνοιτ' ἂν εἶναι, σῶν τε μαργότης φρενῶν.

Κόσμος γάρ ἐστιν, ὡς ἔλεγε Κράτης, τὸ κοσμοῦν· κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν· ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος,

D. 9. μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος] Puto alteram disjunctionis partem excidiſſe, quæ ad pulchram uxorem refertur.

hibere diligentiam, ne pulchritudinem pravitate morum contaminent. Sic matrona etiam in manibus ſpeculum ubi erit, ſic ſecum loquatur, deformis ſi eſt, Quid eſſem, ſi deforet pudicitia? ſin elegante forma, Quanti fiam ſi accedat pudicitia? majus enim decus adfert deformi amor moribus conciliatus probis, quam ſi ob pulchritudinem deligeretur.

XXVI. Lyſander cum Siciliæ tyrannus filiabus ejus veſtes cincinnoſque pretioſos mitteret, dona iſta repudiavit: quod diceret hoc ornatu filias ſuas dedecoratum potius quam ornatum iri. Sed prior Lyſandro id docuit his verſibus Sophocles:

Non hæc ornatus, ſed deformitas, tuæ
Mentis, miſer, putabunturque inſania.

ornatus enim, ut dicebat Crates, *eſt id quod ornat: præſtant autem hoc ea quæ decentiorem faciunt mulierem: non autem id aurum poteſt, aut ſmaragdus aut coccina tinctura, ſed*

ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησιν.

κζ'. Οἱ τῇ γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔρριψαν F παρὰ τὸν βωμόν· αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι. Δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης, ὥσπερ οἴνου, τὸ αὐστηρὸν ὠφέλιμον καὶ ἡδὺ, μὴ πικρὸν, ὥσπερ ἀλόης, μηδὲ φαρμακῶδες.

κη. Ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς χάρισιν· οἶμαι δὴ καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων, ἵν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῇ, καὶ μὴ ὀργιζομένη ὅτι σωφρονεῖ. Δεῖ γὰρ μήτε τὴν 142 εὐτελῆ, καθαριότητος ἀμελεῖν, μήτε τὴν φίλανδρον, φιλοφροσύνης· ποιεῖ γὰρ ἡ χαλεπότης ἀηδῆ τὴν εὐταξίαν τῆς γυναικὸς, ὥσπερ ἡ ῥυπαρία τὴν ἀφέλειαν.

A. 2. ὀργιζομένη] Non ſatis apta ſententiæ videatur vox. A. E. T. ὀρμιζομένη: quod a correctore profectum putem, cui illud corruptum videbatur.

quæ gravitate, modeſtia, ac verecundia informant.

XXVII. Qui Junoni nuptiali ſeu pronubæ ſacrificant, ii fel non cum reliqua conficiunt victima, ſed exemptum apud altare abjiciunt: quo inſtituto legis autor obſcure ſignificavit, conjugio nunquam debere bilem iramque intereſſe: nam matrisfamilias auſteritatem eſſe oportet, ut et vini, utilem ſuavitateque conditam, non aloes in morem acerbam, et quæ medicamenti inſtar ingrata ſit.

XXVIII. Xenocratem Plato, virum bonum et honeſtum alioqui, ſed moribus aliquanto ſeverioribus, hortatus eſt ut Gratiis ſacrificaret: exiſtimo autem pudicæ mulieri apprime apud virum gratiis opus eſſe, ut quod aiebat Metrodorus, ſuaviter nec, quia caſta eſt, ideo irata, cum eo vitam degat. Nam neque munditics frugali, neque blanditiæ ei quæ maritum diligit, negligendæ ſunt: cum moroſitas inſuavem reddat modeſtiam, itemque ſordes ſimplicitatem.

κθʹ. Ἡ φοβουμένη γελάσαι πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶξαί τι, ἵνα μὴ φανῇ θρασεῖα καὶ ἀκόλαστος, οὐδὲν διαφέρει τῆς, ἵνα μὴ δοκῇ μυρίζεσθαι τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἀλειφομένης· καὶ ἵνα μὴ φυκοῦσθαι τὸ πρόσωπον, μηδὲ νιπτομένης. Ὁρῶμεν δὲ καὶ ποιητὰς καὶ ῥήτορας,
B ὅσοι φεύγουσι τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀχλικὸν καὶ ἀνελεύθερον καὶ κακόζηλον, τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς οἰκονομίαις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἄγειν καὶ κινεῖν τὸν ἀκροατὴν φιλοτεχνοῦντας. Διὸ δεῖ καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικὸν, εὖ ποιοῦσαν, φεύγειν καὶ παραιτεῖσθαι· μᾶλλον δὲ φιλοτεχνεῖν ἐν ταῖς ἠθικαῖς καὶ βιωτικαῖς χάρισι πρὸς τὸν ἄνδρα, τῷ καλῷ μεθ' ἡδονῆς συνεθίζουσαν αὐτόν. Ἂν δ' ἄρα φύσει τις αὐστηρὰ καὶ ἄκρατος γένηται, καὶ ἀνήδυντος, εὐγνωμονεῖν δεῖ τὸν ἄνδρα· καὶ καθάπερ ὁ Φωκίων τοῦ Ἀντιπάτρου πρᾶξιν

Tamen ſanam eſſe vulgatam apparet ex Plutarchi alio loco Erotic. p. 753. C. ubi eandem ſententiam ſine Metrodori nomine profert. Xylander vertit *neque pudicitia ſua ſtomachum ei moveat.* Correxi.
A. 7. πρᾶξαί τι] Forte legendum παῖξαί τι.

XXIX. Quæ arridere viro metuit, aut aliquid aliud id genus facere, ne videatur proterva et audax, nihil ab ea diſtat, quæ ut non videatur unguento caput habere delibutum, etiam oleo abſtineat: et ne fucare faciem putetur, ne lavet quidem eam. Videmus vero poetas atque oratores, qui genus loquendi plebeium, illiberale, ac male affectatum vitant, rebus ipſis et earum diſpoſitione ac ſententiis artificioſa induſtria comparatis delectare ac movere auditores: ita ſane matrona etiam recte faciet, ſi omnia ſupervacanea, meretricia, et ad pompam pertinentia fugiat atque repudiet: in eoque operam ponat, ut moralibus et ad uſum vitæ pertinentibus officiis maritum demereatur, pulchritudinique vitæ cum voluptate conjunctæ eum adſuefaciat. Si qua tamen natura eſt auſtera, nihilque jucundi admixtum habet ingenio, neque uſu vitæ ſuavior reddi poteſt, æquo animo id ferre maritum decet: et ſicut Phocion Antipatro reſpondit,

αὐτοῦ προσελθόντος οὐ καλὴν οὐδὲ πρέπουσαν, εἶπεν, Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι· οὕτω C λογίζεσθαι περὶ τῆς σώφρονος καὶ αὐστηρᾶς γυναικός, Οὐ δύναμαι τῇ αὐτῇ, καὶ ὡς γαμετῇ καὶ ὡς ἑταίρᾳ συνεῖναι.

λ΄. Ταῖς Αἰγυπτίαις ὑποδήμασι χρῆσθαι πάτριον οὐκ ἦν, ὅπως ἐν οἴκῳ διημερεύωσι· τῶν δὲ πλείστων γυναικῶν ἂν ὑποδήματα διάχρυσα περιέλῃς, καὶ ψέλλια καὶ περισκελίδας, καὶ πορφύραν, καὶ μαργαρίτας, ἔνδον μένουσιν.

λα΄. Ἡ Θεανὼ παρέφηνε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· τινὸς δ' εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἔφη. Δεῖ δὲ μὴ μόνον τὸν πῆχυν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν λόγον δημόσιον εἶναι τῆς σώφρονος, ἀλλὰ D τὴν φωνὴν, ὡς ἀπογύμνωσιν, αἰδεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐκτός. Ἐνορᾶται γὰρ αὐτῇ καὶ πάθος καὶ ἦθος καὶ διάθεσις λαλούσης.

λβ΄. Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε

parum honeſtam a ſe rem petenti, *Non potes me et amico uti et adulatore :* ita judicare de pudica et auſtera matrona, Non poſſe cum eadem ſe et ut uxore et ut ſcorto vivere.

XXX. Ægyptiæ mulieres majorum inſtituto calceis non utebantur, ut domi meminiſſent tempus exigendum: hodie domi manſuræ ſint pleræque, ſi aureos calceos, et armillas, et periſcelides, et purpuram atque uniones auferas.

XXXI. Theano tunica ſe amiciens cubitum exeruit: et dicenti cuidam, *Pulcher hic cubitus eſt :* reſpondit, *Atqui non eſt publicus.* Cæterum pudicæ non cubitus ſolum, ſed et ſermo publicus eſſe non debet, voceque ad alienos, tanquam parum conveniente denudatione, abſtinendum ei eſt: in voce enim inſunt indicia omnis generis animi affectionum.

XXXII. Eleiorum Venerem Phidias fecit, quæ teſtudinem calcaret: quo ſigno

χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Δεῖ γὰρ ἢ πρὸς τὸν ἄνδρα λαλεῖν, ἢ διὰ τοῦ ἀνδρὸς, μὴ δυσχεραίνουσαν εἰ δι' ἀλλοτρίας γλώσσης, ὥσπερ αὐλητὴς, φθέγγεται σεμνότερον.

λγ'. Οἱ πλούσιοι καὶ οἱ βασιλεῖς τιμῶντες τοὺς φιλοσόφους, αὑτούς τε κοσμοῦσι κἀκείνους· οἱ δὲ φιλόσοφοι
E τοὺς πλουσίους θεραπεύοντες, οὐκ ἐκείνους ποιοῦσιν ἐνδόξους, ἀλλ' αὑτοὺς ἀδοξοτέρους. Τοῦτο συμβαίνει καὶ περὶ τὰς γυναῖκας· ὑποτάττουσαι μὲν γὰρ ἑαυτὰς τοῖς ἀνδράσιν, ἐπαινοῦνται· κρατεῖν δὲ βουλόμεναι, μᾶλλον τῶν κρατουμένων ἀσχημονοῦσι. Κρατεῖν δὲ δεῖ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς, οὐχ ὡς δεσπότην κτήματος, ἀλλ' ὡς ψυχὴν σώματος, συμπαθοῦντα καὶ συμπεφυκότα τῇ εὐνοίᾳ. Ὥσπερ οὖν σώματος ἔστι κήδεσθαι μὴ δουλεύοντα ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, οὕτω γυναικὸς ἄρχειν εὐφραίνοντα καὶ χαριζόμενον.

D. 9. σεμνότερον] Prava interpunctio ex Ald. et Baſ. propagata erat in Steph. φθέγγεται. Σεμνότερον οἱ πλούσιοι. Recte A. B. E. Xyl.

mulieres domi ſibi degendum eſſe, ſervandumque ſilentium monerentur: nam aut viro, aut per virum mulieri loquendum eſt, neque indigne ferendum, ſi ut tibicen aliena lingua vocem edit propria graviorem.

XXXIII. Divites et reges cum philoſophos in honore habent, et ſe et eos ornant: philoſophi divites ſi demerentur, non gloriam illis addunt, ſed ſibi ipſis auferunt. Simili ratione mulieres laudem merentur, cum ſe maritis ſubmittunt: imperium affectantes, plura contra decorum agunt, quam ipſi viri qui dominium hoc ſuſtinent. Imperare autem maritus mulieri debet, non ut dominus rei quam poſſidet, ſed ut animus corpori, iiſdem affectibus obnoxius, et benevolentia devinctus: ut autem animi eſt curam corporis gerere, non tamen voluptatibus ejus inſervire ac cupiditatibus, ita lætum eſſe debet et officioſum mariti imperium.

λδ'. Τῶν σωμάτων οἱ φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διε-
στώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ F
δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα
καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. Σχεδὸν οὖν
καὶ γάμος, ὁ μὲν τῶν ἐρώντων, ἡνωμένος καὶ συμφυής
ἐστιν· ὁ δὲ τῶν διὰ προῖκας ἢ τέκνα γαμούντων, ἐκ
συναπτομένων· ὁ δὲ τῶν συγκαθευδόντων, ἐκ διεστώτων,
οὓς συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις οὐ συμβιοῦν νομίσειεν. Δεῖ
δέ, ὥσπερ οἱ φυσικοὶ τῶν ὑγρῶν λέγουσι δι' ὅλων γενέσθαι
τὴν κρᾶσιν, οὕτω τῶν γαμούντων, καὶ σώματα καὶ 143
χρήματα, καὶ φίλους, καὶ οἰκείους ἀναμιχθῆναι δι' ἀλλή-
λων. Καὶ γὰρ ὁ Ῥωμαῖος νομοθέτης ἐκώλυσε δῶρα
διδόναι καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων τοὺς γεγαμηκότας,
οὐχ ἵνα μηδενὸς μεταλαμβάνωσιν, ἀλλ' ἵνα πάντα κοινὰ
νομίζωσιν.

λε'. Ἐν Λέπτει τῆς Λιβύης πόλει, πάτριόν ἐστι τῇ
μετὰ τὸν γάμον ἡμέρᾳ τὴν νύμφην πρὸς τὴν τοῦ νυμφίου
μητέρα πέμψασαν αἰτεῖσθαι χύτραν· ἡ δὲ οὐ δίδωσιν, οὐδέ

XXXIV. Corporum philoſophi alia aiunt ex partibus dejunctis conſtare, ut claſſem, exercitum, alia ex compactis, ut domum, ut navim, alia ex unitis et in unam naturam concretis, ut animalium: id ſi huc accommodare libeat, conjugium quoque mutuo amantium, ex unitis conſtat: dotis liberumve gratia cohærens, ex compactis: concubitu ſolo junctorum, ex dejunctis, quales contubernio uti quam vitæ communitate rectius cenſeas. Sicut autem humores phyſici dicunt totos totis permiſceri: ita oportet, matrimonium contrahentium, corpora, opes, amicos, familiareſque invicem confundi. Etenim Romanus legiſlator lege cavit, ne conjugum alter alteri donaret quicquam, non ut nullius rei participes fierent, ſed ut omnia communia judicarent.

XXXV. Lepti, quæ Africæ urbs eſt, moris eſt patrii, ut poſtridie nuptiarum ſponſa ad ſocrum mittat petitum ollam: illa vero negat, neque ſe habere ait, ut novercalem ſo-

φησιν ἔχειν, ὅπως ἀπ' ἀρχῆς ἐπισταμένη τὸ τῆς ἑκυρᾶς μητριῶδες, ἂν ὕστερόν τι συμβαίνῃ τραχύτερον, μὴ ἀγανακτῇ, μηδὲ δυσκολαίνῃ. Τοῦτο δεῖ γινώσκουσαν τὴν γυ-
B ναῖκα θεραπεύειν τὴν πρόφασιν. Ἔστι δὲ ζηλοτυπία τῆς μητρὸς ὑπὲρ εὐνοίας πρὸς αὐτήν. Θεραπεία δὲ μία τοῦ πάθους, ἰδίᾳ μὲν εὔνοιαν τῷ ἀνδρὶ ποιεῖν πρὸς ἑαυτήν, τὴν δὲ μητρὸς μὴ περισπᾶν μηδὲ ἐλαττοῦν.

λϛʹ. Τοὺς υἱοὺς δοκοῦσι μᾶλλον ἀγαπᾶν αἱ μητέρες ὡς δυναμένους αὐταῖς βοηθεῖν, οἱ δὲ πατέρες τὰς θυγατέρας ὡς δεομένας αὐτῶν βοηθούντων· ἴσως δὲ καὶ τιμῇ πρὸς ἀλλήλους, ὁ ἕτερος τὸ μᾶλλον οἰκεῖον τῷ ἑτέρῳ, βούληται μᾶλλον ἀσπαζόμενος καὶ ἀγαπῶν φανερὸς εἶναι. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως διάφορόν ἐστιν, ἐκεῖνο δὲ ἀστεῖον, ἂν ἡ γυνὴ μᾶλλον ἀποκλίνασα τῇ τιμῇ πρὸς τοὺς γονεῖς
C τοῦ ἀνδρὸς ἢ τοὺς ἑαυτῆς βλέπηται· κἄν τι λυπῆται,

B. 9. *βούληται*] *βούλεται* B. Mez.
B. 10. *διάφορον*] *ἀδιάφορον* Mez. Reiſk. *parum refert, vel hac in re non differunt maritus et uxor.*

crus animum initio ſtatim ſponſa experta, ſi quid poſtmodo contingat aſperius, non ferat iniquiore animo. Hoc noſſe convenit mulierem, et obviam ire offenſarum occaſioni: petitur autem hæc ex æmulatione benevolentiæ: cui mederi hac una ratione poteſt, ſi peculiarem ſibi mariti conciliet benevolentiam, eam qua is matrem proſequitur non avertat aut deminuat.

XXXVI. Filios matres magis amare videntur, quod ab his ſe adjuvari poſſe putant: filias patres, ut ſuo præſidio indigentes: et qui ſe mutuo honore afficiunt, operam dant ut quod alteri maxime familiare eſt, id alter gratum habere, eoque apprime ſe delectari præ ſe ferat. Verum id fortaſſe aliquid diverſitatis habet. Illud ſcitum eſt, ſi mulier mariti parentibus conſpiciatur plus honoris tribuere quam ſuis, et ſi quid moleſtum accidit, ſuos id celans ad viri deferat parentes: fidem enim

περὶ ἐκείνους ἀναφέρουσα, τοὺς δὲ αὐτῆς λανθάνουσα. Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν δοκεῖν, πιστεύεσθαι, καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι.

λζ'. Τοῖς περὶ τὸν Κῦρον Ἕλλησι παρήγγειλαν οἱ στρατηγοὶ, τοὺς πολεμίους, ἐὰν μὲν βοῶντες ἐπίωσι, δέχεσθαι μετὰ σιωπῆς· ἐὰν δὲ ἐκεῖνοι σιωπῶσιν, αὐτοὺς μετὰ βοῆς ἀντεξελαύνειν. Αἱ δὲ νοῦν ἔχουσαι γυναῖκες, ἐν ταῖς ὀργαῖς τῶν ἀνδρῶν κεκραγότων μὲν ἡσυχάζουσιν, σιωπῶντας δὲ προσλαλοῦσαι καὶ παραμυθούμεναι καταπραΰνουσιν.

λη'. Ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης αἰτιᾶται τοὺς τῇ λύρᾳ D χρωμένους παρ' οἶνον· ἔδει γὰρ ἐπὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰ πένθη μᾶλλον τὴν μουσικὴν παρακαλεῖν, ἢ προσεκλύειν τοὺς ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὄντας. Νομίζετε οὖν ὑμεῖς ἁμαρτάνειν τοὺς ἡδονῆς ἕνεκα συγκαθεύδοντας ἀλλήλοις, ὅταν δὲ ἐν ὀργῇ τινι γένωνται καὶ διαφορᾷ, χωρὶς ἀναπαυομένους, καὶ μὴ τότε μάλιστα τὴν Ἀφροδίτην παρακαλοῦντας, ἰατρὸν οὖσαν τῶν τοιούτων ἀρίστην· ὥς που

nobis paramus apud eos, quibus nos confidere oſtendimus, et amorem apud eos, quos diligere credimur.

XXXVII. Cyri militibus Græcis duces mandaverunt, ut hoſtes cum vociferatione irruentes taciti exciperent, tacentibus autem eis ipſi ſublato clamore occurrerent. Prudentes itidem matronæ viris ex ira vociferantibus tacent, ſilentes alloquio demitigant.

XXXVIII. Recte Euripides incuſat eos qui lyra uterentur ad vini potum: erat enim muſica ad ſedandas iras luctuſque potius vocanda, quam ad enervandum eos qui jam ante erant in voluptate. Vos quoque exiſtimate perperam conjuges facere, qui voluptatis percipiendæ gratia concumbunt, cum vero aliquid iræ et diffidii obortum eſt, ſecubant, neque tum potiſſimum Venerem advocant, quæ his malis optime ſolet mederi: quod

καὶ ὁ ποιητὴς διδάσκει, τὴν Ἥραν ποιῶν λέγουσαν,

> — καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω
> E Εἰς εὐνὴν ἀνέσασα ὁμωθῆναι φιλότητι.

λθ'. Ἀεὶ μὲν δεῖ καὶ πανταχοῦ φεύγειν τὸ προσκρούειν τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τῇ γυναικὶ τὸν ἄνδρα, μάλιστα δὲ φυλάττεσθαι τοῦτο ποιεῖν ἐν τῷ συναναπαύεσθαι καὶ συγκαθεύδειν. Ἡ μὲν γὰρ ὠδίνουσα καὶ δυσφορῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε, Πῶς δ' ἂν ἡ κλίνη ταῦτα θεραπεύσειεν οἷς ἐπὶ τῆς κλίνης περιέπεσον; Ἃς δὲ ἡ κλίνη γεννᾷ διαφορὰς καὶ λοιδορίας καὶ ὀργὰς, οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ καὶ χρόνῳ διαλυθῆναι.

μ'. Ἡ Ἑρμιόνη δοκεῖ τι λέγειν ἀληθὲς, λέγουσα,

> F Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.

Τοῦτο δ' οὐχ ἁπλῶς γινόμενόν ἐστιν, ἀλλ' ὅταν αἱ πρὸς τοὺς ἄνδρας διαφοραὶ καὶ ζηλοτυπίαι ταῖς τοιαύταις γυναιξὶ μὴ τὰς θύρας μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκοὰς ἀνοίγωσι. Τότε οὖν δεῖ μάλιστα τὴν νοῦν ἔχουσαν ἀποκλείειν

et Homerus alicubi docet, Junoni hunc ſermonem tribuens:

> *Diſſidiis quorum longis imponere finem,*
> *Et thalami infueto jam dudum jungere nexu*
> *Conſtitui* ——

XXXIX. Semper quidem et ubique locorum cavendæ ſunt conjugibus offenſiones mutuæ, maxime autem ne in concubitu incidant opera danda. Quædam cum urgeretur doloribus partus inſtantis, reclinantibus ipſam in lectum dixit: *Et qui poſſit mederi lectus his malis, in quæ in lecto incidi?* ſed quæ in lecto naſcuntur diſſenſiones, jurgia, iræ, difficulter poſſunt alio loco et tempore aboleri.

XL. Hermiones videtur verum eſſe hoc verbum:

> *Me perdiderunt ad me ventitando mulieres malæ.*

verum id non ſimpliciter fit, ſed cum diſcordiæ et obtrectationes adverſus maritos talibus mulieribus non fores duntaxat, ſed aures etiam patefaciunt. Itaque tunc maxime quæ ſapit aures occludet ſuſurris

θαι καὶ ἀγορὰν καὶ φίλους· μᾶλλον γὰρ ἔοικε τὰ τῶν γυναικῶν ἢ τὰ πρὸς γυναῖκας ἁμαρτήματα λανθάνειν τοὺς πολλούς.

μδ΄. Τὸν αἴλουρον ὀδμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι καὶ μαίνεσθαι λέγουσιν. Εἰ οὕτω τὰς γυναῖκας ἀγριαίνειν καὶ παραφρονεῖν ὑπὸ μύρων συνέβαινε, δεινὸν ἦν μὴ ἀπέχεσθαι μύρου τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ δι᾽ ἡδονὴν αὑτῶν D βραχεῖαν, οὕτω κακουμένας περιορᾶν. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα πάσχουσιν οὐ μυριζομένων τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ συγγινομένων ἑταίραις· ἄδικόν ἐστιν ἡδονῆς ἕνεκα μικρᾶς, ἐπὶ τοσούτῳ λυπεῖν καὶ συνταράττειν τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ καθάπερ ταῖς μελίτταις, ὅτι δοκοῦσι δυσχεραίνειν καὶ μάχεσθαι τοῖς μετὰ γυναικῶν γινομένοις, ἁγνοὺς καὶ καθαρεύοντας ἑτέρων συνουσίας προσιέναι ταῖς γυναιξί.

με΄. Οἱ προσιόντες ἐλέφασιν ἐσθῆτα λαμπρὰν οὐ

C. 10. Εἰ οὕτω] Sic Steph. nam in Ald. Baſ. deeſt εἰ. Haud ſcio an veriſimilius ſit Οὕτως εἰ. Ita quidem habent A. B. E. Pol. Leonic. Jannot. Schott. Anon. T. V. P. Xyl.

D. 4. ἑταίραις] Legendum videtur ἑτέραις, ut mox.

qui concionem aut amicos concinnare conatur: facilius enim mulierum peccata vulgus fallant, quam quæ ipſi adverſus eas delinquimus.

XLIV. Felem aiunt unguentorum odore ad inſaniam redigi: eodem modo ſi unguentis mulieres afficerentur, flagitium utique eſſet non abſtinere unguentis viros, ſed exiguæ voluptatis cauſa tantam pati illis evenire miſeriam. Quando igitur mulieres ad inſaniam adigit non unguenti uſus, ſed maritorum cum meretricibus coitus: profecto injuſtum eſt, voluptatis gratia parvæ, tantum doloris atque perturbationis uxori inferre, ac non potius purum intactumque ab omnibus aliis mulieribus ad uxorem accedere: ſicut ad apes ſolemus, quas creditum eſt irritari et pugnare, ſi quis re cum muliere habita aggrediatur.

XLV. Qui ad elephantos

λαμβάνουσιν· οὐδὲ φοινικίδας, οἱ ταύροις· διαγριαίνεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τούτων μάλιστα τὰ ζῶα· E τὰς δὲ τίγρεις φασὶ περιτυμπανιζομένας ἐκμαίνεσθαι παντάπασι, καὶ διασπαρᾶν ἑαυτάς. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ μὲν ἐσθῆτας κοκκίνας καὶ πορφυρᾶς ὁρῶντες δυσανασχετοῦσιν, οἱ δὲ κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις ἄχθονται, τί δεινὸν ἀπέχεσθαι τούτων τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ ταράττειν μηδὲ παροξύνειν τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ συνεῖναι μετ᾽ εὐσταθείας καὶ πραότητος;

μϛ'. Γυνή τις πρὸς τὸν Φίλιππον ἄκουσαν ἐφελκόμενον αὐτὴν, Ἄφες με, εἶπε· πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνου ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐστι. Τοῦτο πρὸς τοὺς μοιχοὺς καὶ F ἀκολάστους εἴρηται καλῶς· τὴν δὲ γαμετὴν δεῖ μάλιστα τοῦ φωτὸς ἀρθέντος εἶναι μὴ τὴν αὐτὴν ταῖς τυχούσαις γυναιξὶν, ἀλλὰ φαίνεσθαι, τοῦ σώματος μὴ βλεπομένου, τὸ σῶφρον αὐτῆς καὶ ἴδιον τῷ ἀνδρὶ καὶ τεταγμένον καὶ φιλόστοργον.

E. 11. τοὺς μοιχοὺς] Corrigendum cenſeo τὰς μοιχὰς, i. e. *de mulieribus adulteris ac libidinoſis hoc recte dicitur.*

accedunt, ſplendido: qui ad tauros, puniceo veſtitu non utuntur, quod his coloribus animalia iſta in rabiem vertuntur: tigres traditum eſt tympanorum circum pulſatorum ſonitu omnino in furorem conjici ac divellere ſeipſas. Cum itaque viri quoque ſint, quibus coccinæ et purpureæ veſtis conſpectus ſit moleſtiſſimus, aut qui cymbala et tympana ægre ferant, quid habet difficultatis abſtinere his mulieres, neque perturbare aut irritare maritum, ſed placide et conſtanter cum eo degere?

XLVI. Mulier quædam Philippo invitam ſe trahenti, Miſſam me fac, ait, ſublata enim lucerna quævis mulier cujuſvis eſt ſimilis: id recte dictum eſt in adulteros et libidinoſos. Matrona vero maxime extincta lucerna debet non cujuſvis mulieris ſimilis eſſe, ſed cum corpus cerni nequit, elucere pudicitia ejus, unius viri ſtudium, modeſtiaque et amor.

αἰσχυνθήσεται γὰρ ὀρχεῖσθαι γυνὴ γεωμετρεῖν μανθάνουσα, καὶ φαρμάκων ἐπῳδὰς οὐ προσδέξεται, τοῖς Πλάτωνος ἐπᾳδομένη λόγοις, καὶ τοῖς Ξενοφῶντος· ἂν δέ τις ἐπαγγέλληται καθαιρεῖν τὴν σελήνην, γελάσεται τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀβελτηρίαν τῶν ταῦτα πειθομένων γυναικῶν, ἀστρολογίας μὴ ἀνηκόως ἔχουσα, καὶ περὶ Ἀγανίκης ἀκηκοῦα τῆς Ἡγήτορος τοῦ Θεσσαλοῦ θυγατρὸς, ὅτι τῶν ἐκλειπτικῶν ἔμπειρος οὖσα πανσελήνων, καὶ προειδυῖα D τὸν χρόνον ἐν ᾧ συμβαίνῃ τὴν σελήνην ὑπὸ τῆς σκιᾶς ἁλίσκεσθαι, παρεκρούετο καὶ συνέπειθε τὰς γυναῖκας ὡς αὐτὴ καθαιροῦσα τὴν σελήνην. Παιδίον μὲν γὰρ οὐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρὸς, τὰ δὲ ἄμορφα κυήματα καὶ σαρκοειδῆ καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα, μύλας καλοῦσι. Τοῦτο δὴ φυλακτέον ἐν ταῖς ψυχαῖς γίνεσθαι τῶν γυναικῶν· ἂν γὰρ λόγων χρηστῶν σπέρματα μὴ δέχωνται,

C. 12. Ἀγανίκης] Forte corrigendum Ἀγλαονίκης, ut alibi et ab aliis vocatur.

debit nimirum ſaltationis mulierem geometriæ gnaram, et magicis incantationibus ſe capi non patietur, Platonicis Xenophonteiſque incantata diſputationibus. Quod ſi qua erit, quæ ſe de cœlo Lunam detracturam polliceatur, ſtultitiam imperitiamque deridebit mulierum, quæ iſta ſibi perſuaderi paſſæ ſint: quippe non rudis aſtrologiæ, et quæ auditu perceperit, quo pacto Aganice filia Hegetoris Theſſali perita pleniluniorum in quibus deficit lumine luna: cum præcepiſſet ratiocinatione quo tempore luna in umbram illapſura foret, impoſuerit mulieribus, perſuaſeritque ſe lunam cœlo detrahere. Nunquam auditum eſt mulierem abſque viri conſuetudine prolem edidiſſe: informes autem fœtus ac carnis moles, quæ ex corruptis humoribus in uteris coeunt, molas vocant. Quod vitii cavendum eſt ne in animis mulierum contrahatur: qui niſi ſemina honeſtæ doc-

μηδὲ κοινωνῶσι παιδείας τοῖς ἀνδράσιν, αὐταὶ καθ' αὑ-
E τὰς ἄτοπα πολλὰ καὶ φαῦλα βουλεύματα καὶ πάθη κύουσι. Σὺ δὲ, ὦ Εὐρυδίκη, μάλιστα πειρῶ τοῖς τῶν σοφῶν καὶ ἀγαθῶν ἀποφθέγμασιν ὁμιλεῖν, καὶ διὰ στόματος ἀεὶ τὰς φωνὰς ἔχειν ἐκείνας ὧν καὶ παρθένος οὖσα παρ' ἡμῶν ἀνελάμβανες· ὅπως εὐφραίνῃς μὲν τὸν ἄνδρα, θαυμάζῃ δ' ὑπὸ τῶν ἄλλων γυναικῶν, οὕτω κοσμουμένη περιττῶς καὶ σεμνῶς ἀπὸ μηδενός. Τοὺς μὲν γὰρ τῆσδε τῆς πλουσίας μαργαρίτας, καὶ τὰ τῆσδε τῆς ξένης σηρικὰ λαβεῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ περιθέσθαι, μὴ πολλοῦ πριαμένην· τὰ δὲ Θεανοῦς κόσμια, καὶ Κλεοβουλίνης, καὶ Γορ-
F γοῦς τῆς Λεωνίδου γυναικὸς, καὶ Τιμοκλείας τῆς Θεαγένους ἀδελφῆς, καὶ Κλαυδίας τῆς παλαιᾶς, καὶ Κορνηλίας τῆς Σκιπίωνος, καὶ ὅσαι ἐγένοντο θαυμασταὶ καὶ περιβόητοι, ταῦτα δ' ἔξεστι περικειμένην προῖκα καὶ κοσμουμένην αὐτοῖς, ἐνδόξως ἅμα βιοῦν καὶ μακαρίως. Εἰ γὰρ ἡ

E. 3. ἀγαθῶν] Haud ſcio an addendum γυναικῶν quod habet E. Anon. Vulc. Ἀνδρῶν addit T. P. Forte utrumque adjungendum.
F. 1. Θεαγένους] Dedi ex B. E. P. T. Xyl. Vulgo Θεαγένους.

trinæ concipiant et inſtituantur virorum opera, ipſi ex ſeſe opiniones abſurdas, affectuſque pravos multos gignunt. Tu vero, Eurydice, in id maxime incumbe, ut ſapientum præſtantiumque hominum ſcite dicta tibi reddas familiaria, ſemperque in ore habeto voces iſtas, quas virgo etiamnum e nobis percepiſti, ut et virum exhilares, et apud alias mulieres ob ornatum ita multiplicem, ita decentem, in admiratione ſis, præſertim nulla partum impenſa. Nam divitis alicujus mulieris uniones, aut alicujus peregrinæ ſericas veſtes adipiſci, iiſque te ornare non poſſis, niſi magna emas pecunia: ſed Theanus ornamenta, et Cleobulinæ, et Gorgus quæ Leonidæ fuit uxor, et Timocleæ quæ Theagenis ſoror, et Claudiæ illius priſcæ, et Corneliæ Scipionis ſororis, aliarumque illuſtris famæ mulierum gratis licet tibi ſumere, iiſque te condecorare, vitamque vivere glorioſam atque felicem. Si enim Sappho ob carminum quæ pangebat

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΡΩΤΑ,

ΔΙΟΚΛΗΣ, ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

ΔΕΥΤΕΡΑ,

ΝΕΙΛΟΞΕΝΟΣ	ΑΡΔΑΛΟΣ	ΧΕΡΣΙΑΣ
ΘΑΛΗΣ	ΑΙΣΩΠΟΣ	ΒΙΑΣ
ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ	ΣΟΛΩΝ	ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ
ΕΥΜΗΤΙΣ	ΧΙΛΩΝ	ΠΙΤΤΑΚΟΣ
ΑΛΕΞΙΔΗΜΟΣ	ΚΛΕΟΔΗΜΟΣ	ΓΟΡΓΙΑΣ
ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ	ΜΝΗΣΙΦΙΛΟΣ	

PERSONÆ COLLOQUII.

PRIMÆ,

DIOCLES, NICARCHUS.

SECUNDÆ,

NILOXENUS	ARDALUS	CHERSIAS
THALES	ÆSOPUS	BIAS
ANACHARSIS	SOLON	CLEOBULUS
EUMETIS	CHILON	PITTACUS
ALEXIDEMUS	CLEODEMUS	GORGIAS
PERIANDER	MNESIPHILUS	

B # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

PLUTARCHI

SEPTEM SAPIENTUM CONVIVIUM.

α'. ἮΠΟΥ προϊὼν ὁ χρόνος, ὦ Νίκαρχε, πολὺ σκότος ἐπάξει τοῖς πράγμασι καὶ πᾶσαν ἀσάφειαν, εἰ νῦν ἐπὶ προσφάτοις οὕτω καὶ νεαροῖς λόγοι ψευδεῖς συντεθέντες ἔχουσι πίστιν. Οὔτε γὰρ μόνων, ὡς
C ὑμεῖς ἀκηκόατε, τῶν ἑπτὰ γέγονε τὸ συμπόσιον, ἀλλὰ πλειόνων ἢ δὶς τοσούτων· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ἤμην, συνήθης μὲν ὢν Περιάνδρῳ διὰ τὴν τέχνην, ξένος δὲ Θάλεω· παρ'

I. MAGNAS nimirum tenebras, Nicarche, ingentemque obſcuritatem rebus offundet temporis longinquitas, quando jam nunc falſis ſermonibus compoſitis de rebus quarum recens adhuc memoria eſt fides adhibetur. Nam neque ſeptem tantummodo illi, ſicuti vobis narratum fuit, convivio interfuerunt, ſed numerus hominum duplo iſtius major, quorum unus ipſe quoque fui, ob artis uſum familiaris Periandro, et Thaletis (qui juſſu Periandri

ἐμοὶ γὰρ κατέλυεν ὁ ἀνήρ, Περιάνδρου κελεύσαντος· οὔτε τοὺς λόγους ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσεν ὅστις ἦν ὑμῖν διηγούμενος· ἦν δέ, ὡς ἔοικεν, οὐδεὶς τῶν παραγεγονότων. Ἀλλ' ἐπεὶ σχολή τε πάρεστι πολλή, καὶ τὸ γῆρας οὐκ ἀξιόπιστον ἐγγυήσασθαι τὴν ἀναβολὴν τοῦ λόγου, προθυμουμένοις ὑμῖν ἀπ' ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσομαι.

β'. Παρεσκευάκει μὲν γὰρ οὐκ ἐν τῇ πόλει τὴν D
ὑποδοχὴν ὁ Περίανδρος, ἀλλ' ἐν τῷ περὶ τὸ Λέχαιον ἑστιατορίῳ, παρὰ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν, ἧς ἦν καὶ θυσία. Μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ προεμένης τὸν βίον ἑκουσίως, οὐ τεθυκὼς τῇ Ἀφροδίτῃ, τότε πρῶτον ἔκ τινων ἐνυπνίων τῆς Μελίσσης, ὥρμησε τιμᾷν καὶ θεραπεύειν τὴν θεόν. Τῶν δὲ κεκλημένων ἑκάστῳ συνωρὶς ἱκανῶς κεκοσμημένη προσήχθη· καὶ γὰρ ὥρα θέρους ἦν, καὶ τὴν ὁδὸν ἅπασαν ὑπὸ πλήθους ἁμαξῶν καὶ ἀνθρώπων ἄχρι θαλάττης κονιορτὸς καὶ θόρυβος κατεῖχεν. Ὁ μέντοι Θάλης τὸ ζεῦγος ἐπὶ ταῖς θύραις ἰδὼν καὶ μει-

apud me diverterat) hoſpes: et quicunque fuit qui ſermones convivarum retulit, (quem quidem ſatis apparet non fuiſſe in convivio præſentem) male rem is expoſuit. Sed quoniam otio abundamus, neque ſenectus idonea cavere ſponſione de differenda in aliud tempus narratione poteſt, ita vobis cupientibus rem totam ab initio enarrabo.

II. Convivium Periander apparaverat non in urbe ipſa, ſed in cœnaculo, quod in Lechæo eſt juxta templum Veneris, cui etiam ſacrificabatur. Cum enim ab eo tempore, quo ipſius mater ob amorem e vita ſeſe ſubduxerat, Veneri rem ſacram nunquam feciſſet: tunc primum quibuſdam Meliſſæ adductus ſomniis, eam ſacrificio placare inſtituerat. Proinde vocatorum unicuique bigæ præclare exornatæ adducebantur: æſtas enim tum erat, totamque uſque ad mare viam ob curruum hominumque multitudinem pulvis tumultuſque occupabant. Cæterum Thales bigas apud oſti-

E διαγελάσας ἀφῆκεν. Ἐβαδίζομεν οὖν ἐκτραπόμενοι διὰ τῶν χωρίων καθ' ἡσυχίαν, καὶ μεθ' ἡμῶν τρίτος ὁ Ναυκρατίτης Νειλόξενος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ τοῖς περὶ Σόλωνα καὶ Θάλητα γεγονὼς ἐν Αἰγύπτῳ ξυνήθης· ἐτύγχανε δὲ πρὸς Βίαντα ἀπεσταλμένος· ὧν δὲ χάριν, οὐδὲ αὐτὸς ᾔδει πλὴν ὑπενόει πρόβλημα δεύτερον αὐτῷ, κομίζειν ἐν βιβλίῳ κατασεσημασμένον· εἴρητο γάρ, εἰ Βίας ἀπαγορεύσειεν, ἐπιδεῖξαι τοῖς σοφωτάτοις Ἑλλήνων. Ἕρμαιον τὸ βιβλίον, ὁ Νειλόξενος ἔφη, μοι γέγονεν, ἐνταῦθα λα-

F βεῖν ἅπαντας ὑμᾶς, καὶ κομίζω τὸ βιβλίον, ὡς ὁρᾷς, ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ἅμα δὲ ἡμῖν ἐπεδείκνυε. Καὶ ὁ Θαλῆς γελάσας, Εἴ τι κακόν, εἶπεν, αὖθις εἰς Πριήνην· διαλύσει γὰρ ὁ Βίας, ὡς διέλυσεν αὐτὸς τὸ πρῶτον. Τί δέ, ἔφην ἐγώ, τὸ πρῶτον; Ἱερεῖον, εἶπεν, ἔπεμψεν αὐτῷ, κελεύσας τὸ πονηρότατον ἐξελόντα καὶ χρηστότατον

F. 1. τὸ βιβλιόν] Non ſatis congruit loco. Mez. delet. τὸ συμπόσιον T. V. B. Anon. An antecedentia refert Reiſk. ut ſit ἐπιδεῖξαι τὸ βιβλίον. Ἕρμαιον, ὅ τι.

um conſpicatus, leni cum riſu dimiſit. Itaque ambulavimus via per agros diverſa tranquillitatem conſectati, tertiuſque una nobiſcum Niloxenus Naucratites, vir egregius, et cui in Ægypto cum Solone ac Thalete fuiſſet familiaritatis uſus: is tum denuo ad Biantem erat miſſus, neque cauſas legationis ſuæ ipſe norat, niſi quod in libello ſuſpicabatur ſe ei alteram quæſtionem ſigillo munitam portare: mandatum enim erat, ut ſi Bias abnueret, ſapientiſſimis Græcorum aperiret. Ac mihi quidem, aiebat Niloxenus, codicilli hi (ſimulque libellum nobis oſtendebat) inſperatum hoc lucrum opportune objiciunt, ut hoc in loco univerſos vos inveniam: defero enim, ut vides, ad cœnam. Ibi tum Thales ridens, Si quid, inquit, mali eſt, Prienam referas: ſolvet enim Bias, ſicut et priorem ſolvit ipſe quæſtionem. Quid, inquam, id erat quæſtionis? Victimam, ait Thales, miſerat ad eum Amaſis Ægypti rex, jubens exemptam ex ea optimam

ἀποπέμψαι κρέας· ὁ δὲ ἡμέτερος εὖ καὶ καλῶς τὴν
γλῶτταν ἐξελὼν ἔπεμψεν· ὅθεν εὐδοκιμῶν δῆλός ἐστι καὶ
θαυμαζόμενος. Οὐ διὰ ταῦτα, ἔφη, μόνον, ὁ Νειλόξ- 147
ενος, ἀλλ' οὐδὲ φεύγει τὸ φίλος εἶναι καὶ βασιλέων, κα-
θάπερ ὑμεῖς· ἐπεὶ σοῦ τε καὶ τὰ ἄλλα θαυμάζει, καὶ τῆς
πυραμίδος τὴν μέτρησιν ὑπερφυῶς ἠγάπησεν, ὅτι πάσης
ἄνευ πραγματείας, καὶ μηδενὸς ὀργάνου δεηθεὶς, ἀλλὰ τὴν
βακτηρίαν στήσας ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς σκιᾶς ἣν ἡ πυ-
ραμὶς ἐποίει, γενομένων τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος δυοῖν τρι-
γώνων, ἔδειξας, ὃν ἡ σκιὰ πρὸς τὴν σκιὰν λόγον εἶχε,
τὴν πυραμίδα πρὸς τὴν βακτηρίαν ἔχουσαν. Ἀλλ',
ὅπερ ἔφην, διεβλήθης μισοβασιλεὺς εἶναι, καί τινες ὑβρι-
στικαί σου περὶ τυράννων ἀποφάσεις ἀνεφέροντο πρὸς αὐ- B
τόν· ὡς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Μολπαγόρου τοῦ Ἴωνος, τί παρα-
δοξότατον εἴης ἑωρακὼς, ἀποκρίναιο, τύραννον γέροντα· καὶ
πάλιν ἔν τινι πότῳ, περὶ θηρίων λόγου γενομένου, φαίης
κάκιστον εἶναι, τῶν μὲν ἀγρίων θηρίων, τὸν τύραννον, τῶν δὲ

ac peſſimam carnem ſibi mittere: at noſter præclare, linguam exſectam ad regem perferri curavit: quæ ei res magnam gloriam admirationemque peperit. Non hoc duntaxat, inquit Niloxenus, ſed et id, quod regum quoque amicitias non refugit, quemadmodum tu facis. Nam cum te quoque ob alia quædam ſuſpicit, tum vero mirum in modum ei arridet quod pyramidis altitudinem abſque ullo labore aut inſtrumento dimenſus es: ſed ſcipione ad umbræ, quam jaciebat pyramis, finem erecto, ac tactu radiorum duobus triangulis conſtitutis, demonſtraviſti altitudinem pyramidis ad ſcipionis altitudinem ea eſſe proportione, quam umbra illius ad hujus umbram haberet. Sed, cujus rei mentionem feci, ob odium in reges male audis apud Amaſin, ſuntque ad eum relata tua quædam contumelioſe in tyrannos dicta: qui interrogatus a Molpagora Ione quidnam vidiſſes inſolens, *Tyrannum* reſponderis *ſenem*: rurſumque alicubi de beſtiis orta diſputatione, pronunciaveris, *Peſſimam fe-*

ἡμέρων, τὸν κόλακα· ταῦτα γὰρ, εἰ καὶ πάνυ προσποιοῦνται διαφέρειν οἱ βασιλεῖς τῶν τυράννων, οὐκ εὐμενῶς ἀκούουσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, εἶπεν ὁ Θαλῆς, Πιττακοῦ ἐστιν, εἰρημένον ἐν παιδιᾷ ποτε πρὸς Μυρσίλον· ἐγὼ δὲ θαυ-
C μάσαιμ᾽ ἂν, ἔφην, οὐ τύραννον ἀλλὰ κυβερνήτην γέροντα θεασάμενος· πρὸς δὲ τὴν μετάθεσιν, τὸ τοῦ νεανίσκου πέπονθα, τοῦ βαλόντος μὲν ἐπὶ τὴν κύνα, πατάξαντος δὲ τὴν μητρυιὰν, καὶ εἰπόντος, Οὐδ᾽ οὕτω κακῶς. Διὸ καὶ Σόλωνα σοφώτατον ἡγησάμην, οὐ δεξάμενον τυραννεῖν. Καὶ Πιττακὸς εἰ μοναρχίᾳ μὴ προσῆλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν ὡς Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Περίανδρος δὲ ἔοικεν ὡς ἐν νοσήματι πατρῴῳ τῇ τυραννίδι κατειλημμένος, οὐ φαύλως ἐξαναφέρειν, χρώμενος ὁμιλίαις ὑγιειναῖς ἄχρι τε νῦν, καὶ συνουσίας ἀνδρῶν νοῦν ἐχόντων
D ἐπαγόμενος, ἃς δὲ Θρασύβουλος αὐτῷ κολούσεις τῶν ἄχρων οὑμὸς πολίτης ὑφηγεῖται, μὴ προσιέμενος.

C. 10. ἄχρι τε νῦν] Forte ἄχρι γε νῦν.

rarum eſſe tyrannum, de cicuribus adulatorem: hæc enim reges, tametſi nihil minus videri quam tyranni volunt, auribus nequaquam æquis audiunt. Ad hæc Thales: Iſthuc quidem, ait, Pittaci eſt, joco aliquando ad Myrſilum dictum. Ego vero non tyrannum, ſed gubernatorem navis ſi videam ſenem, pro miraculo ſim habiturus: quod autem ab hoc ad illum transfertur hoc dictum, ego id de mutatione hac ſentio, quod adoleſcens ille, qui cum canem ſaxo petens novercam feriiſſet, *ne ſic quidem male cecidiſſe* dixit. Itaque ergo et ſapientiſſimum judicavi eſſe Solonem, qui oblatam tyrannidem recuſaverit: et Pittacus, ſi ſolus dominari non fuiſſet aggreſſus, nunquam dicturus erat, *Difficile eſt, eſſe probum.* Ac Periander mihi videtur tyrannide tanquam paterno morbo circumventus non male emergere ſeſe, ſalutaribus adhuc utens conſuetudinibus ac colloquiis hominum prudentum, iiſque obſequens, neque admittens Thraſybuli civis mei conſilium, qui eum ad oppreſſionem ſummorum

Γεωργοῦ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος, οὐδὲν διαφέρει τύραννος ἀνδραπόδων μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνδρῶν βουλόμενος· ἐν γὰρ ἀντὶ πολλῶν κακῶν ἀγαθὸν αἱ δυναστεῖαι τὴν τιμὴν ἔχουσι καὶ τὴν δόξαν, ἄνπερ ἀγαθῶν ὡς κρείττονες ἄρχωσι, καὶ μεγάλων μείζονες εἶναι δοκῶσι· τὴν δὲ ἀσφάλειαν ἀγαπῶντας ἄνευ τοῦ καλοῦ, προβάτων ἔδει πολλῶν καὶ ἵππων καὶ βοῶν ἄρχειν, μὴ ἀνθρώπων. Ἀλλὰ γὰρ εἰς οὐδὲν προσήκοντας ἐμβέβληκεν ἡμᾶς, ἔφη, ὁ ξένος οὑτοσὶ λόγους, ἀμελήσας E
λέγειν τε καὶ ζητεῖν, ἃ ἁρμόττει ἐπὶ δεῖπνον βαδίζουσιν. Ἢ γὰρ οὐκ οἴει, καθάπερ ἑστιάσοντος ἐστί τις παρασκευή, καὶ δειπνήσοντος εἶναι; Συβαρῖται μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλήσεις ποιοῦνται τῶν γυναικῶν, ὅπως ἐκγένοιτο κατὰ σχολὴν παρεσκευασμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἐγὼ δὲ πλέονος οἶμαι χρόνου δεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν τοῦ δειπνήσοντος ὀρθῶς παρασκευήν· ὅτι

E. 1. ἀμελήσας] ἀμελήσαντας B. E. Voſſ.

hominum hortatur. Nihil enim diſcriminis eſt inter colonum qui loco tritici et hordei locuſtas comportare velit et aves, atque tyrannum qui mancipiis quam viris malit præeſſe. Quippe multa mala dominationis unico hoc compenſantur bono, honore videlicet et gloria, ſiquidem bonis aliquis tanquam melior, et magnis ut major imperet: qui autem ſecuritatem decoro neglecto quærunt, digni ſunt qui non hominibus, ſed ovibus, equis, bobuſque multis præſint. Verum enimvero hoſpes iſte in ſermones nos conjecit nihil ad rem facientes, dum non curat dicere atque inquirere de iis quæ congruunt ad cœnam euntibus: niſi forte non putas ſicut præbitoris, ita etiam invitati ſuum eſſe apparatum. Sybaritæ feruntur toto ante anno mulieres invitare ſoliti, ut eis liceret per otium veſtibus auroque ornatis ad cœnam venire. Ego autem plus temporis requirere puto probe cœnaturi legitimam præparationem: quia difficilius eſt

χαλεπώτερόν ἐστιν ἤθει τὸν πρέποντα κόσμον ἢ σώματι τὸν περιττὸν ἐξελεῖν καὶ ἄχρηστον. Οὐ γὰρ ὡς ἀγγεῖον
F ἥκει κομίζων ἑαυτὸν ἐμπλῆσαι πρὸς τὸ δεῖπνον ὁ νοῦν ἔχων, ἀλλὰ καὶ σπουδάσαι τι καὶ παῖξαι, καὶ ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν, ὃ ὁ καιρὸς παρακαλεῖ τοὺς συνόντας, εἰ μέλλουσι μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσεσθαι. Καὶ γὰρ ὄψον πονηρὸν ἔστι παρώσασθαι, κἂν οἶνος ᾖ φαῦλος, ἐπὶ τὰς νύμφας καταφυγεῖν· σύνδειπνος δὲ κεφαλαλγὴς καὶ βαρὺς καὶ ἀνάγωγος, παντὸς μὲν οἴνου καὶ ὄψου, πᾶσαν δὲ μουσουργοῦ χάριν ἀπόλλυσι καὶ λυμαίνεται, καὶ οὐδὲ ἀποπέμψαι τὴν
148 τοιαύτην ἀηδίαν ἕτοιμόν ἐστιν, ἀλλ' ἐνίοις εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐμμένει τὸ πρὸς ἀλλήλους δυσάρεστον, ὥσπερ ἑωλοκρασία τις ὕβρεως ἢ ὀργῆς ἐν οἴνῳ γενομένης. Ὅθεν ἄριστα Χίλων, καλούμενος ἐχθὲς, οὐ πρότερον ὡμολόγησεν ἢ πυθέσθαι τῶν κεκλημένων ἕκαστον· ἔφη γὰρ ὅτι σύμπλουν ἀγνώμονα δεῖ φέρειν καὶ σύσκηνον, οἷς συμ-

F. 8. ἀποπέμψαι] ἀπεμέσαι Anon. T.V.B.
A. 2. ἑωλοκρασία] Dedi ex E. Voſſ. Jannot. T.V.B. Xyl. Reliqui et vulgo corrupte αἰωλοκρασία.

mores decore componere, quam corporis curioſum inutilemque ornatum conquirere. Qui enim ſapit, is non ſeſe tanquam vas implendum ad cœnam apportans venit: ſed ut ſerio jocoque aliquid acturus, auditurusque et dicturus, prout occaſio convivarum quemque monebit, ſiquidem velint ſuaviter una eſſe. Licet ſane obſonium vitioſum averſari, et ſi vinum non probetur, ad nymphas confugere: at conviva qui caput obtundat, importunus, atque intractabilis, omnem cum vini et cibi, tum muſicæ gratiam corrumpit atque perdit: conceptamque moleſtiam deponere non eſt facile, cum nonnullis per omnem vitam inhæreant mutuæ offenſæ, velut crapulæ quidam ſenſus pridianæ, ortæ ex contumelia inter pocula, aut ira. Itaque Chilo rectiſſime, qui cum heri vocaretur, non ante condixit, quam eorum qui invitarentur eodem nomina ſingulatim cognoviſſet: dicebat enim quibuſcum neceſſe eſſet una navigare aut militare, eorum

πλεῖν ἀνάγκη καὶ συστρατεύεσθαι· πρὸς δὲ τὸ συμπόταις ἑαυτὸν ὡς ἔτυχε καταμιγνύειν, οὐ νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστιν. Ὁ δὲ Αἰγύπτιος σκελετὸς, ὃν ἐπιεικῶς εἰσφέροντες εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται, καὶ παρακαλοῦσι μεμνῆσθαι τάχα δὴ τοιούτους ἐσομένους, καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων, ὅμως ἔχει τινὰ καιρὸν, εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων προτρέπεται, καὶ παρακαλεῖ τὸν βίον μὴ, τῷ χρόνῳ βραχὺν ὄντα, πράγμασι κακοῖς μακρὰν ποιεῖν. B

γʹ. Ἐν τοιούτοις λόγοις γενόμενοι καθ' ὁδὸν, ἀφικόμεθα πρὸς τὴν οἰκίαν, καὶ λούσασθαι μὲν ὁ Θάλης οὐκ ἠθέλησεν· Ἀλήλιμμαι γὰρ, εἶπεν· ἐπιὼν δὲ, τούς τε δρόμους ἐθεᾶτο καὶ τὰς παλαίστρας, καὶ τὸ ἄλσος τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς διακεκοσμημένον, ὑπ' οὐδενὸς ἐκπληττόμενος τῶν τοιούτων, ἀλλ' ὅπως μὴ καταφρονεῖν δοκοίη τοῦ Περιάνδρου, μηδὲ ὑπερορᾶν τῆς φιλοτιμίας. C

A. 7. πρὸς δὲ τὸ συμπόταις] Confuſa ſcriptio vitioſa ex duabus melioribus τὸ δὲ πρὸς συμπότας: et τὸ δὲ συμπόταις quod habent Vulc. et Mez.

etiam moleſto comitatu ac contubernio utendum eſſe: ultro autem qualibuſcunque admiſcere ſe convivis, non eſſe ſani hominis. Ægyptii in convivia inferre ſolent ſceletum, id eſt exſiccata hominis, atque inter ſe compacta oſſa, hortarique convivas ut meminerint ſe non ita multo poſt tales fore: is quanquam ingratus et intempeſtivus comeſſator, tamen ſuum habet locum, non ad potum et voluptates, ſed ad mutuum amorem dilectionemque cohortans, monenſque, vitam breve tempus ſortitam non debere malis rebus longam reddi.

III. Inter hos ſermones ad cœnaculum pervenimus. Ibi Thales lavare recuſavit, quod unctum ſe eſſe diceret: obiens tamen curſus ſpatia, et palæſtras ſpectavit, et lucum ad mare probe exornatum: non quod eorum quicquam admiraretur, ſed ne contemnere Periandrum ejuſve deſpicere videretur mag-

Τῶν δὲ ἄλλων τὸν ἀλειψάμενον ἢ λουσάμενον οἱ θεράποντες εἰσῆγον εἰς τὸν ἀνδρῶνα διὰ τῆς στοᾶς. Ὁ δὲ Ἀνάχαρσις ἐν τῇ στοᾷ καθῆστο, καὶ παιδίσκη παρειστήκει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διακρίνουσα. Ταύτην Θάλης ἐλευθεριώτατά πως αὐτῷ προσδραμοῦσαν ἐφίλησε, καὶ γελάσας, Οὕτως, ἔφη, ποίει καλὸν τὸν ξένον, ὅπως ἡμερώτατος ὢν μὴ φοβερὸς ᾖ τὴν ὄψιν ἡμῖν μηδὲ ἄγριος. Ἐμοῦ δὲ ἐρομένου περὶ τῆς παιδὸς ἥτις εἴη, Τὴν σοφὴν,
D ἔφη, καὶ περιβόητον ἀγνοεῖς Εὔμητιν; οὕτω γὰρ ταύτην ὁ πατὴρ αὐτὸς, οἱ δὲ πολλοὶ πατρόθεν ὀνομάζουσι Κλεοβουλίνην. Καὶ ὁ Νειλόξενος, Ἦπου τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν, ἔφη, τῆς κόρης ἐπαινεῖς· καὶ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἔνια τῶν προβαλλομένων ὑπ' αὐτῆς ἀφῖκται. Οὐκ ἔγωγε, εἶπε Θάλης, τούτοις γὰρ ὥσπερ ἀστραγάλοις ὅταν τύχῃ παίζουσα χρῆται, καὶ διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ καὶ φρόνημα

D. 2. Κλεοβουλίνην] Ita Ald. Baſ. Steph, nec diſſentiunt codices noſtri. Eſt ſane antiqua forma diminutivi, pro Κλεοβουλίνη quod Xyl. exhibuit.

nificentiæ ſtudium. Cæteros, ut quiſque unctus lotuſve erat, famuli per porticum in conclave viris deſtinatum introducebant. Ea tum in porticu Anacharſis ſedebat, et ante eum puella ſtabat cæſariem ejus manibus pectens. Hanc Thales ad ſe perquam liberaliter adcurrentem oſculatus, atque ridens: Fac, ait, hoſpitem nobis pulchrum, ne terribilis adſpectu nobis, feruſque videatur, cum ſit manſuetiſſimus. Mihi autem quærenti quænam hæc eſſet puella: Sapientem, inquit, et famoſam non noſti Eumetidem? ſic enim eam pater, vulgo de patris nomine Cleobulinam appellant. Tum Niloxenus: Nimirum, inquit, eam ob ænigmatum peritiam ac ſapientiam laudas: nam et in Ægyptum quædam ab ea propoſitæ quæſtiones pervenerunt. Non ſane, reſpondit Thales: his enim illa tanquam taxillis, ubi ita res fert, utitur, et concertat cum compellantibus. Sed et animi altitudo in-

θαυμαστὸν καὶ νοῦς ἔνεστι πολιτικὸς, καὶ φιλάνθρωπον ἦθος, καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολίταις πρᾳότερον ἄρχοντα παρέχει καὶ δημοτικώτερον. Ἔοικεν, ὁ Νειλόξενος ἔφη, καὶ E
φαίνεται, βλέποντι πρὸς τὴν λιτότητα καὶ ἀφέλειαν αὐτῆς· Ἀνάχαρσιν δὲ πόθεν οὕτω τημελεῖ φιλοστόργως; Ὅτι, ἔφη, σώφρων ἀνήρ ἐστι καὶ πολυμαθὴς, καὶ τὴν δίαιταν αὐτῇ καὶ τὸν καθαρμὸν ᾧ χρῶνται Σκύθαι περὶ τοὺς κάμνοντας, ἀφθόνως καὶ προθύμως παραδέδωκε· καὶ νῦν οἴομαι περιέπειν αὐτὴν τὸν ἄνδρα καὶ φιλοφρονεῖσθαι, μανθάνουσάν τε καὶ προσδιαλεγομένην. Ἤδη δὲ πλησίον οὖσιν ἡμῖν τοῦ ἀνδρῶνος, ἀπήντησεν Ἀλεξίδημος ὁ Μιλήσιος· ἦν δὲ Θρασυβούλου τοῦ τυράννου νόθος· καὶ ἐξῄει τεταραγμένος, καὶ σὺν ὀργῇ τινι πρὸς αὑτὸν, οὐδὲν ἡμῖν γε σαφὲς διαλεγόμενος. Ὡς δὲ τὸν Θάλην F
εἶδε, μικρὸν ἀνενεγκὼν, καὶ καταστὰς, Οἵαν ὕβριν, εἶπε,

E. 1. Ἔοικεν, ὁ Νειλόξενος ἔφη,] Ita dedi ſecundum Mez. qui proxime ad meliorem codicum ſcripturam accedit a Ven. Voſſ. Ald. Baſ. Καὶ δημοτικώτερον ἔχειν ὁ Νειλόξενος ἔφη. Nam Steph. et reliqui pejus etiam Καὶ δημοτικώτερον εἶναι ὁ Ν. ἔφη. Xylander ex conjectura, καὶ δημοτικώτερον. Εἶεν ὁ Ν. ἔφη, non abſurde.

eſt ei mirabilis, et ingenium civile atque humanum, ac facit ut pater civibus humanius populariterque imperet. Omnino, inquit Niloxenus, ita videtur: idque apparet intuenti tenuitatem in amictu ejus atque ſimplicitatem: ſed quid cauſæ eſt, quod Anacharſin ita amanter curat? Quia, reſpondit Thales, vir is eſt temperans, multarumque rerum gnarus, rationemque victus et purgandi, qua in ægrotis curandis Scythæ utuntur, prolixe ei libenterque tradidit: atque adeo nunc etiam diſcere eam aliquid atque diſputare puto, dum virum tractat iſtum atque mulcet. Cum jam cœnaculo appropinquaremus, occurrit nobis Alexidemus Mileſius, Thraſybuli tyranni filius ſpurius, inde perturbato animo egreſſus, iratuſque ſecum quædam, quæ nos percipere nequivimus, muſſitans. Is ubi Thaletem conſpexit, paululum ſeſe colligens, atque ad ſe reverſus: Atroci, inquit, inju-

πρὸς ἡμᾶς Περίανδρος ὕβρικεν, ἐκπλεῦσαι μὲν οὐκ ἐάσας ὡρμημένον, ἀλλὰ προσμεῖναι δεηθεὶς τὸ δεῖπνον· ἐλθόντι δὲ νέμων κλισίαν ἄτιμον, Αἰολεῖς δὲ καὶ νησιώτας, καὶ τίνας γὰρ οὐχὶ Θρασυβούλου προτιμῶν· Θρασύβουλον γὰρ ἐν ἐμοὶ τὸν πέμψαντα προπηλακίσαι βουλόμενος καὶ καταβαλεῖν, ὡς δὴ περιορῶν, δῆλός ἐστιν.

49 Εἶτα, ἔφη, σὺ δέδιας μὴ καθάπερ Αἰγύπτιοι τοὺς ἀστέρας ὑψώματα καὶ ταπεινώματα λαμβάνοντας, ἐν τοῖς τόποις οὓς διεξίασι, γίνεσθαι βελτίονας ἢ χείρονας ἑαυτῶν λέγουσιν, οὕτως ἡ περὶ σὲ διὰ τὸν τόπον ἀμαύρωσις ἢ ταπείνωσις γένηται; καὶ τοῦ Λάκωνος ἔσῃ φαυλότερος, ὃς ἐν χορῷ τινι κατασταθεὶς εἰς τὴν ἐσχάτην χώραν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος, Εὖ γε, εἶπεν, ἐξεῦρες ὡς καὶ αὐτὰ ἔντιμος γένηται. Οὐ καταλαβόντας, ἔφη, τόπον μετὰ τίνας κατακείμεθα δεῖ ζητεῖν, μᾶλλον δὲ ὅπως εὐάρμοστοι τοῖς συγκατακειμένοις ὦμεν, ἀρχὴν καὶ λαβὴν φιλίας εὐθὺς ἐν

A. 4. ἡ περί σε] ἡ delendum cenſeo cum Reiſkio.
A. 9. δεῖ ζητεῖν] Addidi ex E. In omnibus reliquis deeſt, Fuit qui τῷ μὴ δυσκολαίνειν mallet. Reiſkius etiam ζητοῦντες pro δηλοῦντες. Non opus. Bene reddidit Xyl.

ria nos Periander affecit, non paſſus me ſolvere navim, cum quidem id cuperem, ſed ut ad cœnam manerem exorans: et nunc venienti cœnatum ſedem adſignans indigniſſimam, Æolibus, et inſulanis, ac quibuſvis tandem hominibus Thraſybulo prælatis: ſatis enim evidens eſt, deſpici ab eo patrem qui me miſit, meamque in eum redundare contumeliam. Itane vero, ait Thales, metuis, ne quemadmodum Ægyptii ſtellas aiunt viribus pro loci in quem attolluntur aut devehuntur conditione augeri minuive, ita tibi quoque locus claritatem obſcuritatemve adferat? et Lacone illo deterior es, qui cum ei in choro quodam ultimum locum præfectus adſignaſſet, *Bene*, inquit, *abs te factum eſt, qui rationem hujus quoque loci cohoneſtandi repereris.* Non enim curandum eſt quo loco aut poſt quos collocemur: ſed ut, quibus adſidemus, cum iis bene nobis conveniat, ſtatimque in nobis ipſis

αὐτοῖς δηλοῦντες, μᾶλλον δὲ ἔχοντες, τὸ μὴ δυσκολαίνειν, B
ἀλλ' ἐπαινεῖν ὅτι τοιούτοις συγκατεκλίθημεν· ὡς ὅ γε τοπικλισίας δυσχεραίνων, δυσχεραίνει τῷ συγκλίτῃ μᾶλλον ἢ τῷ κεκληκότι, καὶ πρὸς ἀμφοτέρους ἀπεχθάνεται. Λόγος, ἔφη, ταῦτα ἄλλως ἐστὶν, ὁ Ἀλεξίδημος, ἔργῳ δὲ καὶ τοὺς σοφοὺς ὑμᾶς ὁρῶ τὸ τιμᾶσθαι διώκοντας. Καὶ ἅμα παραμειψάμενος ἡμᾶς ἀπῆλθε. Καὶ ὁ Θάλης πρὸς ἡμᾶς τὴν ἀτοπίαν τοῦ ἀνθρώπου θαυμάζοντας, Ἔμπληκτος, ἔφη, καὶ ἀλλόκοτος φύσει· ἐπεὶ καὶ μειράκιον ἔτι μύρου σπουδαίου Θρασυβούλῳ κομισθέντος, εἰς ψυκτῆρα κεράσας μέγαν, καὶ προσεγχέας ἄκρατον, ἐξ- C
etiam opus non eſt concubitus et corporum mixtio, neque vinum et ebrietas Bacchi: ſed qui his conciliatur amor, et deſiderium, ac mutua conſuetudo et familiaritas. Hæc divina opera Solon vocat, eaque ſe ait diligere et conſectari maxime in ſenectute. Eſt autem amoris virorum ac mulierum mutui effectrix Venus, ob voluptatem corporibus ſimul commiſcens ac colliquefaciens animos. Multi porro non admodum inter ſe noti aut familiares a Baccho vini veluti ignis opera cujuſdam ingeniis emollitis atque humectatis principium aliquod contemperationis inter ſe amicitiæque nanciſcuntur. Cæterum ubi tales conveniunt viri, quales vos Periander convocavit, nihil (puto) eſt quod calix aut poculum agat: ſed ipſæ Muſæ propoſito in medium ſermone, tanquam ſobrietatis cratera, cui plurimum voluptatis, joci, ſeriæque rei item permultum adeſt, eo excitant, rigantque et diffundunt amicitiam: plerumque ſinentes

ἐᾶσαι τὰ πολλὰ τὴν οἰνοχόην ἀτρέμα κεῖσθαι κρατῆρος ὕπερθεν, ὅπερ ἀπηγόρευσεν Ἡσίοδος, ἐν τοῖς πίνειν μᾶλλον ἢ διαλέγεσθαι δυναμένοις·

> Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
> Δαιτρὸν πίνωσιν, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
> Ἕστηκεν·

ἐπεὶ τάς τε προπόσεις αὐτάς, ἔφη, πυνθάνομαι λέγειν τοῖς παλαιοῖς, ἔνδεινον, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ μετρητὸν ἑκάστου πίνοντος, εἶτα, ὥσπερ Αἴας, μερίδας μεταδιδόντος αὖ τοῦ πλησίον. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Μνησιφίλου, F Χερσίας ὁ ποιητής· ἀφεῖτο γὰρ ἤδη τῆς αἰτίας καὶ διήλλακτο τῷ Περιάνδρῳ νεωστί, Χίλωνος δεηθέντος· Ἆρα οὖν, ἔφη, καὶ τοῖς θεοῖς ὁ Ζεύς, ὥσπερ τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ

E. 5. Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι—τοῦ πλησίον] Locus et mutilus et corruptus, nec e libris adhuc adhibitis ſanandus, quippe nil medelæ præbentibus. Ergo res ad conjecturam redit. Primum adſentior Meziriaco verſus Homeri non a Plutarcho, ſed ab annotatore aliquo adjectos eſſe ad marginem libri ut indicaret, ubi Poeta dixiſſet δαιτρὸν πίνειν. Sed quod idem Mez. pro ἔνδειον corrigit δαιτρὸν, minime rem conficit. Equidem puto non procul me a veteri Plutarchi ſcriptura aberraturum ita corrigenda reliqua loci parte. Ἐπὶ δὲ ταῖς προπόσεσι αὐταῖς, ἔφη, πυνθάνομαι λέγειν τοῖς παλαιοῖς ἐν ἔθει εἶναι (vel τοὺς παλαιοὺς εἰωθέναι)· καὶ δαιτρὸν τὸν οἶνον Ὅμηρος ἔφη, ὡς κρέως μερίδας, μετρητὸν ἑκάστου πίνοντος καὶ μεταδιδόντος αὖ τῷ πλησίον· id eſt : *In ipſis autem propinationibus reperio, inquit Mneſiphilus, Veteres aliquid dixiſſe, ſermonem habuiſſe : et Homerus ait vinum fuiſſe* δαιτρὸν, *id eſt, diſpenſatum, ut portiones carnis, bibente unoquoque conviva vini certam menſuram ac tradente ei qui proximus eſſet.*

cyathum ſuper cratera quieſcere, quod Heſiodus prohibuit fieri apud eos qui bibere potius quam diſſerere norunt.

> *Namque ubi ſe vino triviti forſan Achivi*
> *Largius invitant, plenus ſcyphus eſt tibi ſemper.*

Alioqui teneo, apud antiquos moris fuiſſe ut propinarent invicem, certaque, ut apud Homerum eſt, menſura biberent per ordinem, quomodo Ajax partes carnis ei qui juxta adſidebat obtulit. Hæc cum dixiſſet Mneſiphilus, Cherſias poeta (jam enim crimine eum Periander abſolverat, inque gratiam Chilone deprecante receperat) Nonne, inquit, Diis Jupiter, ſicut heroibus Aga-

Ἀγαμέμνων, μετρητὸν ἔχει τὸ ποτὸν, ὅτε προὔπινον ἀλλήλοις ἐπιώμενοι παρ' αὐτῷ; Καὶ ὁ Κλεόδημος, Σὺ δὲ ὦ Χερσία, εἶπεν, εἰ τὴν ἀμβροσίαν τῷ Διῒ Πελειάδες τινὲς κομίζουσιν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, τὰς Πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι χαλεπῶς καὶ μόλις, οὐ νομίζεις καὶ τὸ νέκταρ αὐτῷ δυσπόριστον εἶναι καὶ σπάνιον, ὥστε φείδεσθαι καὶ παρ- 157
έχειν ἑκάστῳ τεταμιευμένον;

ιδ'. Καὶ ἴσως, εἶπεν ὁ Χερσίας· ἀλλ' εἴπε πάλιν οἰκονομίας λόγος γέγονε, τίς ἂν ὑμῶν φράσειεν ἡμῖν τὸ ἀπολειπόμενον; ἀπολείπεται δὲ, οἶμαι, κτήσεως τι λαβεῖν μέτρον αὐτάρκους καὶ ἱκανῆς ἐσομένης. Καὶ ὁ Κλεόβουλος, Ἀλλὰ τοῖς μὲν σοφοῖς, ἔφη, τὸ μέτρον ὁ νόμος δέδωκε, πρὸς δὲ τοὺς φαύλους ἐρῶ λόγον τῆς ἐμῆς μητρὸς, ὃν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἶπεν· ἔφη γὰρ τὴν Σελήνην δεῖσθαι τῆς ἑαυτῆς μητρὸς ὅπως αὐτῇ χιτώνιον

F. 4. ἔχει τὸ ποτὸν, ὅτε] ὅτε ſumpſi a Mez. pro vulgato ὅτι. At ἔχει nolui mutare; licet habeat P. E. ἔχειν. B. G. marg. A. Anon. T. V. B. ἐνέχειν.

A. 3. Καὶ ἴσως, εἶπεν ὁ Χ.] Lego τεταμιευμένον καὶ ἴσον. Εἶεν, εἶπεν ὁ Χερσίας· ἀλλ' ἐπεὶ πάλιν περὶ οἰκονομίας κ. τ. λ.

A. 9. μητρὸς] G. θυγατρός: forte, rectius.

memnon, potum fundit dimenſum, ut apud eum convivantes invicem propinarent? Et Cleodemus, Si, ait, palumbes quædam, ſicut vos narratis, Jovi ambroſiam adferunt, volatu difficulter ægreque ſuperatis ſaxis concurrentibus, quas Planctas Homerus vocat: non cenſes etiam nectar ipſum paratu difficile ac rarum eſſe, ut parce depromptum cuique deorum tribuatur?

XIV. Fortaſſe ita eſt, reſpondit Cherſias. Sed vellem de re familiari diſputationem repeti, ut quod ei deeſt ab aliquo veſtrum explicetur: puto enim omiſſum eſſe, quis modus rei faciundæ ſit ſufficiens. Ad hæc Cleobulus: Atqui, inquit, lex menſuram ſapientibus præſcripſit: ineptis fabulam narrabo, quam mater mea fratri objecit. Aiebat enim Lunam a matre petiiſſe, ut ſibi

ὑφάνῃ σύμμετρον· τὴν δὲ εἰπεῖν, καὶ πῶς σύμμετρον
B ὑφήνω, νῦν μὲν γὰρ ὁρῶ σε πανσέληνον, αὖθις δὲ μηνοειδῆ, ποτὲ δὲ ἀμφίκυρτον; οὕτω δή, ὦ φίλε Χερσία, καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἀνόητον καὶ φαῦλον οὐδὲν ἐστὶ μέτρον οὐσίας· ἄλλοτε γὰρ ἄλλος ἐστὶ ταῖς χρείαις, διὰ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς τύχας, ὥσπερ ὁ Αἰσώπου κύων, ὃν ὑπωσί φασιν ἐν τῷ χειμῶνι συστρεφόμενον, καὶ συσπειρόμενον διὰ τὸ ῥιγοῦν, οἰκίαν ποιεῖν διανοεῖσθαι, θέρους δὲ αὖ πάλιν ἐκτεταμένον καθεύδοντα, φαίνεσθαι μέγαν ἑαυτῷ, καὶ μήτε ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι, μήτε μικρὸν ἔργον οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην. Ἦ γὰρ οὐχ ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ Χερσία, καὶ τοὺς μικροὺς νῦν μὲν εἰς μικρὰ κο-
C μιδῆ συστέλλοντας ἑαυτοὺς ὡς στρογγύλως καὶ Λακωνικῶς βιωσομένους, νῦν δέ, εἰ μὴ τὰ πάντων ἔχουσιν ἰδιωτῶν ἅμα καὶ βασιλέων, ὑπ' ἐνδείας ἀπολεῖσθαι νομίζοντας; Ὡς οὖν ὁ Χερσίας ἀπεσιώπησεν, ὑπολαβὼν ὁ Κλεό-

B. 6. ὑπωσί φασιν] Legendum ὑπωσί φησιν id eſt, *Æſopus dicit*.
B. 6. συσπειρόμενον] συσπειρώμενον corrigendum Reiſk. etiam vidit.
B. 11. μικρὸς] Vitioſum et ortum ex proximis: forte legendum μωρός. Mez. πονηρός.

tuniculam congruentem texeret: ac matrem reſpondiſſe: Qui poſſim vero, cum te jam plenam, mox in cornua attenuatam, rurſum dimidio orbe videam? Sic etiam, mi Cherſia, homini fatuo et vitioſo nulla menſura opum eſt: neceſſitates enim ejus ſubinde cupiditatibus et fortuitis caſibus mutantur, ſuntque ſimiles Æſopi cani, quem is ait hyeme ſeſe contrahentem ob frigus ac convolventem cogitare de domo ſibi paranda: æſtate autem cum porrectus dormiat, magnum ſibi videri, et putare neque neceſſarium, et magni laboris opus eſſe tantam exſtruere domum. Nonne enim vides, Cherſia, eos qui modo humiles plane in arctum ſe cogunt, utpote præciſe ac Laconice victuri, paulo poſt niſi omnes privatorum regumque res poſſideant, exiſtimare ſe ob inopiam perituros? Poſtquam Cherſias tacuit, excipi-

δῆμος, Ἀλλὰ καὶ τοὺς σοφοὺς, εἶπεν, ὑμᾶς ὁρῶμεν ἀνίσοις μέτροις τὰς κλήσεις νενεμημένας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντας. Καὶ ὁ Κλεόβουλος, Ὁ γάρ τοι νόμος, εἶπεν, ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, ὡς ὑφάντης ἑκάστῳ τὸ πρέπον ὑμῶν καὶ τὸ μέτριον καὶ ἁρμόττον ἀποδίδωσι· καὶ σὺ, καθάπερ τῷ νόμῳ, τῷ λόγῳ τρέφων καὶ διαιτῶν καὶ διαφαρμακεύων τοὺς D κάμνοντας, οὐκ ἴσον ἑκάστῳ, τὸ δὲ προσῆκον ἀπονέμεις ἅπασιν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἄρδαλος, Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν, Σόλωνος δὲ ξένον, Ἐπιμενίδην, νόμος τις ἀπέχεσθαι τῶν ἄλλων σιτίων κελεύει, τῆς δὲ ἀλίμου δυνάμεως, ἣν ἡδονὴν αὐτὸς συντίθησι, μικρὸν εἰς τὸ στόμα λαμβάνοντα διημερεύειν ἀνάριστον καὶ ἄδειπνον; Ἐπιστήσαντος δὲ τοῦ λόγου τὸ συμπόσιον ὁ μὲν Θαλῆς ἐπισκώπτων, Εὖ φρονεῖν ἔφη τὸν Ἐπιμενίδην, ὅτι μὴ βούλεται πράγματα ἔχειν ἀλῶν τὰ σιτία, καὶ πέττων ἑαυτῷ, καθάπερ Πιττακός· Ἐγὼ γὰρ, εἶπε, τῆς ξένης E

D. 6. ἡδονὴν] Forte ἰδίαν. Mez. ἰδία. Deeſt in A. et B. Forte et ortum ex ἣν δὴ: ut legendum ſit ἣν δὴ αὐτὸς συντίθησι.

ens ſermonem Cleodemus: Veruntamen, inquit, videmus vos quoque, qui ſapientes eſtis, inæqualibus menſuris, ſi quis comparationem inſtituat, diſtributa bona poſſidere. Tum Cleobulus: Nimirum, ait, mi homo, lex veluti textor cuique congruam decentemque et mediocrem portionem attribuit; nam tu quoque ratione legis inſtar in alendis corporibus, victus ratione præſcribenda, adhibendiſque medicamentis utens, non æqualia omnibus, ſed convenientia ſingulis tribuis. Subjecit Ardalus hæc: Numnam ergo etiam ſodalem noſtrum, Solonis hoſpitem, Epimenidem lex aliqua reliquis abſtinere cibis jubet, ac tantum exiguam partem arcentis famem materiæ, Alimum Græci vocant, quam ipſe ſibi componit voluptatem, ſumere ore, itaque impranſum incœnatumque perdurare? Hæc oratio cum omnes convivas attentos tacitoſque reddidiſſet, Thales jocans, probe facere Epimenidem dixit, qui molendo coquendoque cibos moleſtias ſibi ipſi facere nollet: quod Pittaco uſuveniret:

ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος, Ἄλει μύλα, ἄλει, καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων. Ὁ δὲ Σόλων ἔφη, Θαυμάζειν τὸν Ἄρδαλον, εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ Ἡσιόδου γεγραμμένον· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος Ἐπιμενίδῃ σπέρματά τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν, καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας,

—ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ.

F Οἴει γοῦν, ὁ Περίανδρος εἶπε, τὸν Ἡσίοδον ἐννοῆσαί τι τοιοῦτον, οὐκ ἐπαινέτην ὄντα φειδοῦς αἰεὶ, καὶ πρὸς τὰ λιτότατα τῶν ὄψων ὡς ἥδιστα παρακαλεῖν ἡμᾶς; ἀγαθὴ μὲν γὰρ ἡ μαλάχη βρωθῆναι, γλυκὺς δὲ ὁ ἀνθέρικος· τὰ δὲ ἄλιμα ταῦτα καὶ ἄδιψα φάρμακα μᾶλλον ἢ σιτία πυνθάνομαι, καὶ μέλι καὶ τυρόν τινα βαρβαρικὸν δεχόμενα, καὶ σπέρματα πάμπολλα τῶν οὐκ εὐπορίστων· πῶς οὖν

F. 7. οὐκ εὐπορίστων] οὐκ addidi ex B. et Mez. Voſſ. habet ita εὐπορίστων, with ἀ written above.
F. 7. πῶς οὖν οἶα κ. τ. λ.] Hæc ita conſtituenda putem: πῶς οὖν ἂν τοῦ Ἡσιόδου τ. π. ὑ. κ. κ. Ἔργα βοῶν τ᾽ ἀπόλοιτο—. *Quomodo igitur Heſiodo* (i. e. *ſecundum Heſiodum), clavus ſupra fumum poſitus, et boum opera perirent—.* ἂν dedit Mez. pro eodem Xylander volebat σύν.

ſe enim, cum in Leſbum veniſſet, audiviſſe hoſpitam ſic cantare ad piſtrinum: *Mole piſtrinum, mole, nam et Pittacus molit, rex magnæ Mitylenæ.* Solon autem: Miror, inquit, Ardale, legem de victus Epimenidis ratione non legiſſe te in Heſiodi ſcriptam verſibus: is enim eſt, qui primus Epimenidi ſemina hujus alimenti præbuit, dum eum docuit quærere,

Quanta ſit utilitas in malvis aſphodeliſque.

Exiſtimas vero, inquit Periander, tale aliquid Heſiodo in mentem veniſſe, ac non potius eum, ut eſt aſſiduus parſimoniæ laudator, ad cibos viliſſimos nos, quippe dulciſſimi qui ſint, voluiſſe adhortari: utilis enim eſt malvæ eſus, et ſuavis haſtula regia? iſta vero famem ac ſitim arcentia, medicamenta potius eſſe audio quam cibos, recipientia mel et caſeum barbaricum, et multa minime vulgarium ſeminum: quomodo ergo non, quod eſt

Ὡς δὲ Θάλης ἔφη, τῆς γῆς ἀναιρεθείσης σύγχυσιν τὸν
ὅλον ἕξειν κόσμον, οὕτως οἴκου διάλυσίς ἐστι· συναναιρεῖται
γὰρ αὐτῇ πῦρ ἑστιοῦχον, ἑστία, κρατῆρες, ὑποδοχαί, ξε-
νισμοί, φιλανθρωπότατα καὶ πρῶτα κοινωνήματα πρὸς D
ἀλλήλους, μᾶλλον δὲ σύμπας ὁ βίος, εἴγε διαγωγή τις
ἐστὶν ἀνθρώπου πράξεων ἔχουσα διέξοδον, ὧν ἡ τῆς τρο-
φῆς χρεία καὶ παρασκευὴ τὰς πλείστας παρακαλεῖ.
Δεινὸν μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὸ γεωργίας αὐτῇ. δια-
λυομένη γὰρ αὖθις, ἀπολείπει γῆν ἡμῖν ἄμορφον καὶ
ἀκαθαρτὸν, ὕλης ἀκάρπου καὶ ῥευμάτων πλημμελῶς
φερομένων ὑπὸ ἀργίας ἀνάπλεων· συναπόλλυσι δὲ καὶ
τέχνας πάσας καὶ ἐργασίας ὧν ἔξαρχός ἐστι, καὶ παρέχει
βάσιν πάσαις καὶ ὕλην· καὶ τὸ μηδὲν εἰσι, ταύτης ἐκ
ποδῶν γενομένης· καταλύονται καὶ τιμαὶ θεῶν, Ἡλίῳ B
δὲ μικρὰν, ἔτι δὲ ἐλάττω Σελήνῃ, χάριν αὐγῆς μόνον

D. 2. εἴγε διαγωγή] Ita Anon. Mez. pro vulgato εἴτε διαγωγή.

D. 5. αὐτῇ· διαλυομένη γὰρ] Corrigendum puto: γεωργίας· αὕτη γὰρ διαλυομένη αὖθις.

D. 10. βάσιν] Haud ſcio an Plutarchus ſcripſerit φύσιν. Mox turbata ordinavi interpungendo. Ἡλίῳ μὲν μικρὰν corrigunt Mez. et Reiſk. poſſis et τε ſubſtituere.

Thales ait igne dempto totius univerſi exſtituram confuſionem : ſic menſa abolita neceſſe videtur eſſe omnes familiæ partes deletum iri: ſimul enim tollitur ignis Veſtalis, focus ſacer, crateres, convivia, hoſpitia, quæ prima ſunt et humaniſſima hominum inter ſe commercia: atque adeo tota vitæ ratio peribit, ſiquidem a negotiis aliquod eſt hominibus ad oblectationes diverticulum, quibus victus apparatio et uſurpatio plurimum præbet materiæ. Jam et in agriculturam hoc mali redundabit, qua ceſſante tellus nobis relinquetur informis, atque inculta, ob vacationem operum repleta ſterilis materiæ, et fluviorum eluvione inundata: unaque peribunt artes omnes atque opificia quibus illa præeſt, fundamentumque et materiam ſuppeditat, ac quæ, illa remota, nihil ſunt. Quin et honor diis nullus porro erit: qui Soli exiguus, Lunæ etiam minor habebitur, ubi ad

καὶ ἀλέας ἀνθρώπων ἐχόντων, ὀμβρίῳ δὲ Διῒ, καὶ προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ φυταλμίῳ Ποσειδῶνι ποῦ βωμός ἐστι; ποῦ δὲ θυσία; πῶς δὲ χαριτοδότης ὁ Διόνυσος, εἰ δεησόμεθα μηδενὸς ὧν δίδωσι; τί δὲ θύσομεν, ἢ σπείσομεν; τίνος δὲ ἀπαρξόμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τῶν μεγίστων ἀνατροπὴν καὶ σύγχυσιν ἔχει πραγμάτων. Ἡδονῆς δὲ πάσης μὲν περιέχεσθαι καὶ πάντως, ἀλόγιστόν ἐστι, πᾶσαν δὲ φεύγειν, καὶ πάντως, ἀναίσθητον. Τὴν μὲν οὖν ψυχὴν ἑτέραις τισὶν ἡδοναῖς χρῆσθαι κρείττοσιν
F ὑπαρχέτω· τῷ δὲ σώματι λαβεῖν ἡδονὴν τῆς ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι δικαιοτέραν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ὅπερ οὐδένα λέληθεν ἀνθρώπων· ἣν γὰρ ἐν μέσῳ θέμενοι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις δείπνων καὶ τραπέζης· ἀφροδισίων δὲ νύκτα καὶ πολὺ προβάλλονται σκότος, ἡγούμενοι ταύτης τὸ κοινωνεῖν,

E. 4. ποῦ βωμός ἐστι] Legendum ἔσται, quod et Reiſkius vidit.

F. 1. λαβεῖν—εὑρεῖν] Alterutrum, ut nunc eſt, inſititium videtur. Forte λαβεῖν—οὐκ ἔστιν οὐδ' εὑρεῖν. Vel λαβεῖν—οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Plutarchea forma, de qua alibi dicemus.

F. 3. ἣν γὰρ ἐν μέσῳ] Verum eſt forte, τροφὴν γὰρ ἐν μέσῳ: ita Anon. et Mez. potuit ſane τροφὴν ab antecedente ἀνθρώπων ſubductum eſſe. T. V. et Exempl. Turn. ταύτην.

homines ab iis præter lucem et teporem nihil rediturum ſit. Jovi autem pluvio, et Cereri arationis auſpici, et Neptuno ſtirpibus proſpero, ubi ara erit? ubi ſacrificium? Aut quomodo gratiarum dator Bacchus erit, ſi nihil eorum quæ largitur ipſe requiremus? Quid ſacrificabimus, quid libabimus, quas offeremus primitias? Omnia hæc cum ſummarum ſubverſione rerum conjuncta ſunt. Equidem brutum eſt omnes et uſquequaque conſectari voluptates: fugere autem omnes, idque omnino, voluptates, ſtupidi eſt. Eſto enim ſuas quaſdam peculiares et præſtantiores animi eſſe, quibus is fruatur, voluptates: certe nulla eſt corpori alia, qua innocentius frui poſſit, quam ab alimento voluptas: quod omnibus eſt compertum hominibus. Menſa enim in medio propoſita, communicant cœnis: rei venereæ tenebras prætexunt denſas: quia hujus voluptatis communicationem bel-

ἀναίσχυντον εἶναι καὶ θηριῶδες, ὡς τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκείνης. Ὑπολαβὼν οὖν ἐγὼ τοῦ Κλεοδήμου διαλιπόντος, Ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπον, ὅτι καὶ τὸν ὕπνον ἅμα τῇ τροφῇ συνεκβάλλομεν; ὕπνου δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲ ὄνειρός ἐστιν, ἀλλ' οἴχεται τὸ πρεσβύτερον ἡμῖν μαντεῖον· ἔσται δὲ μο- 159
νοειδὴς ὁ βίος, καὶ τρόπον τινὰ μάτην τὸ σῶμα περικείσεται τῇ ψυχῇ· τὰ πλεῖστα γὰρ αὐτοῦ καὶ κυριώτατα τῶν μερῶν ἐπὶ τὴν τροφὴν ὄργανα παρεσκεύασται, γλῶττα, καὶ ὀδόντες, καὶ στόμαχος, καὶ ἧπαρ· ἀργὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ πρὸς ἄλλην συντεταγμένον χρείαν· ὥστε ὁ μὴ δεόμενος τροφῆς, οὐδὲ σώματος δεῖται· τοῦτο δὲ ἦν αὐτὸ αὐτοῦ μὴ δεῖσθαι· σὺν σώματι γὰρ ἡμῶν ἕκαστος. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἔφην ἐγὼ, ταύτας τῇ γαστρὶ συμβολὰς εἰσφέρομεν· εἰ δὲ Σόλων ἤ τις ἄλλος τι κατηγορεῖ, ἀκουσόμεθα.

A. 1. πρεσβύτερον] Malim πρεσβύτατον, ut Mez. Xyl.

A. 7. ἦν αὐτὸ αὐτοῦ μὴ δεῖσθαι] Legendum αὐτὸν αὐτοῦ, ut Mez. Nil variant libri, exceptis A. et Venet. αὐτὸ ἦν αὐτοῦ μὴ δεῖσθαι.

luinam impudentemque judicant perinde atque illius abſtinentiam. Ubi finem dicendi fecit Cleodemus, ego ſuccedens in partes ejus, Hoc vero, inquam, præteris, quod ſomnus ſimul cum nutrimento proſcribitur: et ſomno ſublato, ſomnia nulla ſunt, ac vetuſtiſſima nobis divinandi ratio aboletur. Ad hæc vita informis erit noſtra, ac quodammodo corpus animo fruſtra fuerit circundatum: plurimæ enim ejus, et præcipuæ partes ita ſunt factæ, ut inſtrumenta ſint nutritionis: lingua videlicet, dentes, ſtomachus, jecur: quorum nihil vel fruſtra, vel ad alios comparatum eſt uſus. Itaque alimento qui non opus habet, ne corpore quidem is indiget: quod eſt nihil aliud, quam ipſum ſeipſo opus non habere: nemo enim noſtrum ſine corpore eſt. Atque hæc quidem, inquam, ego veluti ſymbolum ad patrocinandum ventri dare volui: ſi Solon, aut alius habet aliquis quod objiciat criminis, paratus ſum audire.

B ιϛʹ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σόλων, μὴ καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀκριτώτεροι φανῶμεν, οἳ τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ, εἶτ' αὐτὰ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον, τοῦ δὲ ἄλλου σώματος ἤδη καθαροῦ γεγονότος ἐπιμέλονται· τῷ γὰρ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρταρος, ὡς ἐν ᾅδου, δεινῶν τινων ῥευμάτων, καὶ πνεύματος ὁμοῦ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένου καὶ νεκρῶν περίπλεως. Ζῶν γὰρ ἀπ' οὐδενὸς τρέφεται ζῶντος, ἀλλὰ θανατοῦντες τὰ ἔμψυχα καὶ τὰ φυόμενα τῷ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι μετέχοντα τοῦ ζῆν ἀπολλύντες
C ἀδικοῦμεν· ἀπόλλυται γὰρ ἐξ οὗ πέφυκε τὸ μεταβάλλον εἰς ἄλλο, καὶ πᾶσαν φθείρεται φθορὰν, ὅπως ἂν θατέρου τροφὴ γένοιτο. Τὸ δὲ ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, ὥσπερ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστοροῦσι, σόφισμα μᾶλλον ἢ φυγή τῶν περὶ τὴν τρυφὴν ἀδικημάτων ἐστί. Φυγὴ δὲ μία καὶ καθαρμὸς εἰς δικαιοσύνην τέλειος αὐτάρκη καὶ ἀπροσ-

B. 3. εἶτ' αὐτὰ μὲν] Excidit aliquid. Xylander τὰ σπλάγχνα adfuiſſe putat. Mez. inſerit τὰ ἔντερα poſt ἔδειξαν. Forte κοιλίαν additum erat: ut II. 996. E.

C. 5. τρυφὴν] Forte τροφὴν ut G. Mez. Reiſk.

XVI. Maxime vero, inquit Solon; niſi ſi volumus videri judicio quam Ægyptii minus valere: ii enim mortuum diſſecto ventre Soli oſtendunt, deinde inteſtinis in profluentem abjectis, reliquum cadaver ut jam purgatum procurant. Revera enim corporis noſtri contaminatio ſunt iſta, atque orcus, veluti apud inferos, exitioſis quibuſdam fluminibus, et ventis ſimul atque igni confuſis, cadaveribuſque oppletus. Vivum quippe nullum vivo nutritur alimento: ſed nos necantes ea, quæ animata ſunt atque naſcuntur, et vita non carere eo liquet quod aluntur et augeſcunt, injuſte agimus. Enimvero eſu carnium abſtinere, quod factitaſſe Orpheum illum priſcum accepimus, calumnia magis arguta eſt, quam vera depulſio criminis injuriarum a luxu profectarum. Unica eſt ratio vitandi ſceleris, et purum ſe præſtandi, ſi quis ſe ipſo contentus, nihilque extra

δεῖ γενέσθαι. Ὧι δὲ ἄνευ κακώσεως ἑτέρου τὴν αὑτοῦ
σωτηρίαν ἀμήχανον ὁ θεὸς πεποίηκε, τούτῳ τὴν φύσιν ἀρ-
χὴν ἀδικίας προσέθηκεν. Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον, ὦ φίλε,
συνεκτεμεῖν ἀδικίᾳ κοιλίαν καὶ στόμαχον καὶ ἧπαρ; ἃ
καλοῦ μὲν οὐδενὸς αἴσθησιν ἡμῖν οὐδὲ ὄρεξιν ἐνδίδωσι, D
σκεύεσι δὲ μαγειρικοῖς, οἷα κοπίδες καὶ λέβητες, τὰ δὲ
μυλωθρικοῖς καὶ καμίνοις καὶ φρεωρύχοις καὶ μακτηρίοις
ἔοικεν. Ἀτεχνῶς δὲ τῶν πολλῶν ἴδοι τις ἄν, ὥσπερ ἐν
μύλωνι, τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἐγκεκαλυμμένην, ἀεὶ
περὶ τὴν τῆς ψυχῆς χρείαν κυκλοῦσαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ
ἡμεῖς ἄρτι μὲν οὔθ' ἑωρῶμεν ἀλλήλους οὔτε ἠκούομεν, ἀλλ'
ἕκαστος ἐγκεκυφὼς ἐδούλευε τῇ περὶ τὴν τροφὴν χρείᾳ·
νυνὶ δὲ παρατεθεισῶν τῶν τραπεζῶν, ἐλεύθεροι γεγονότες,
ὡς ὁρᾷς, ἐστεφανωμένοι περὶ λόγους διατρίβομεν, καὶ

D. 5. ἀεὶ περὶ τὴν τῆς ψυχῆς] ἀεὶ ſumpſi a var. lect. in marg. Voſſ. Reiſkius item correxerat. Pro eo T. V. Anon. θεῖν. Mox pro ψυχῆς corrigam τροφῆς cum Amiot. Anon Reiſk.

D. 9. παρατιθεισῶν] Immo ἀπαρθεισῶν *ſublatis menſis*, vel *remotis* ut vertit Xyl. Ἀφαιρεθεισῶν Mez. Ἀρθεισῶν Reiſk. Omnia eodem ſenſu: ſed noſtrum ad veſtigia literarum et Plutarchi conſuetudinem propius.

ſe poſitum deſiderans vivat. Quem vero Deus ita comparavit, ut citra aliorum damnum ſuam ſalutem tutari non poſſit, huic ille naturam injuſtitiæ principium deſtinavit. Nonne igitur, mi Diocles, æquum erat cum injuſtitia ſimul exſcindere ventrem et ſtomachum et jecur? quæ membra nullius bonæ rei ſenſum appetitumve ingenerant: coquorum autem inſtrumentis ſimilia ſunt, cultris puta, lebetibus, tum molitoriis, caminis, et puteorum foſſioni, panique coquendo inſervientibus. Nimirum enim poſſis animadvertere in multis hominibus animam in corpore eſſe tanquam in piſtrino abditam, ejus tantum neceſſitatum cauſa hac illac circumcurſitantem. Quemadmodum profecto nos quoque paulo ante invicem non vidimus neque audivimus, ſed quivis noſtrum pronus neceſſitati nutritionis inſerviebat: nunc menſis remotis liberati, ut vides, ſertiſque redimiti, in-

E ἀλλήλοις σύνεσμεν, καὶ σχολὴν ἄγομεν, εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι τροφῆς ἐληλυθότες. Ἆρ' οὖν ἄνπερ ἡ νῦν οὖσα περὶ ἡμᾶς ἕξις, ἄπαυστος διαμένῃ παρὰ πάντα τὸν βίον, οὐκ ἀεὶ σχολὴν ἕξομεν ἀλλήλοις, ἵνα μηδὲ δεδιότες πενίαν, μηδὲ εἰδότες πλοῦτον; Ὁ γὰρ τῶν περιττῶν ζῆλος εὐθὺς ἀκολουθεῖ, καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων. Ἀλλ' οἴεται δεῖν τροφὴν εἶναι Κλεόδημος, ὅπως τράπεζαι καὶ κρατῆρες ὦσιν, ἃ Δήμητρι καὶ Κόρῃ θύεται ἔτι. Ἕτερος δέ τις ἀξιούτω μάχας εἶναι καὶ πόλεμον, ἵνα καὶ τείχη καὶ νεωσοίκους καὶ ὁπλοθήκας ἔχωμεν, καὶ θύωμεν
F ἑκατομφόνια, καθάπερ φασὶ νόμον εἶναι Μεσσηνίοις. Ἄλλον δὲ πρὸς τὴν ὑγίειαν οἶμαι χαλεπαίνειν· δεινὸν γὰρ εἰ μηδενὸς νοσοῦντος οὐ στρωμνῆς ἔτι μαλακῆς ὄφελος, οὐ κλίνης· οὐκ Ἀσκληπιῷ θύσομεν, οὐκ ἀποτροπαίοις· ἰατρικὴ δὲ μετ' ὀργάνων καὶ φαρμάκων ἀποκείσεται τοσού-

E. 4. ἀλλήλοις, ἵνα—εἰδότες πλοῦτον] Ita omnes libri. ἵνα ſine dubio corruptum: εἰδότες hic quidem ineptum. Conjeci ἀλλήλοις συνεῖναι, μηδὲ δεδιότες πενίαν, μηδὲ ἐνδέοντες πλούτου.

E. 8. ἃ Δήμητρι καὶ Κόρῃ θύεται] Lego καὶ Δήμητρι καὶ Κόρῃ θύηται ἔτι.

ter nos diſſerimus, mutuaque fruimur conſuetudine, et otio, ſoluti neceſſitate expetendi alimenti. Quod ſi is ſtatus, in quo ſumus in præſentia, per omnem noſtram duraret vitam, nonne in perpetuo degeremus otio, neque paupertatem metuentes, et divitiarum ignari? Studium enim rerum ſupervacanearum ſtatim comitatur neceſſariorum appetitionem. Jam quod alimentum debere eſſe putat Cleodemus, ut menſæ ſint, et crateres, poſſitque Cereri et Proſerpinæ ſacrificari: alius eodem jure dixerit bella debere eſſe et pugnas, ut muros, navalia, armamentariaque habeamus, et centum hoſtibus occiſis Hecatomphonia immolemus, quam ferunt apud Meſſenios legem valere: alius etiam ſanitatem indigne ferat: ſcilicet inique fuerit comparatum, ſi nemine ægrotante lecti mollis nullus ſit uſus, nullus culcitræ, neque Æſculapio ſacrificemus, neque diis averruncatoribus, et medicina cum inſtrumentis medicamentiſque ſuis ingloria

των ἀκλεὴς καὶ ἀπόθετος. Ἢ τί ταῦτα ἐκείνων δια-
φέρει; καὶ γὰρ ἡ τροφὴ λιμοῦ φάρμακον προσάγεται,
καὶ θεραπεύειν ἑαυτοὺς λέγονται πάντες οἱ τρεφόμενοι δι-
αίται, οὐχ ὡς ἡδύ τι καὶ κεχαρισμένον, ἀλλ' ὡς ἀναγ- 160
καῖον τοῦτο τῇ φύσει προσάπτοντες. Ἐπεὶ λύπας τε
πλείονάς ἐστιν ἀπὸ τῆς τροφῆς τῶν ἡδονῶν γινομένας
καταριθμῆσαι· μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἡδονὴ καὶ τόπον ἔχει
βραχὺν ἐν τῷ σώματι, καὶ χρόνον οὐ πολύν· ἡ δὲ
περὶ τὴν διοίκησιν αὐτῆς ἀσχολία καὶ δυσχέρεια, τί δεῖ
λέγειν ὅσων αἰσχρῶν καὶ ὀδυνηρῶν ἡμᾶς ἐμπίπλησιν;
Οἶμαι γὰρ εἰς τοσαῦτα βλέψαντα τὸν Ὅμηρον ἀπο-
δείξει κεχρῆσθαι περὶ θεῶν τοῦ μὴ ἀποθνήσκειν, τῷ μὴ
τρέφεσθαι,

> Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·
> Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι· καὶ ἀθάνατοι καλέονται·

ὡς μὴ μόνον τοῦ ζῆν ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποθνήσκειν τὴν B
τροφὴν ἐφόδιον οὖσαν. Ἐκ ταύτης γὰρ αἱ νόσοι,

A. 2. Ἐπεὶ λύπας τε] Legendum γε pro τε.

et abjecta negligetur: quid enim hæc ab illo differunt? certe enim cibus ut remedium famis ſumitur: et curare ſeipſos dicuntur, qui victus ratione utuntur certa: quod non voluptatem aut jucunditatem aliquam conſectentur, ſed naturæ neceſſitati obſequantur. Etenim moleſtias quam voluptates plures enumerare licet a cibo ortas: immo autem voluptati in corpore et locus exiguus, et temporis parum eſt: cibi apparandi occupatio et difficultas quantis nos impleat turpitudinibus et doloribus, quid attinet dicere? Equidem Homerum arbitror eo reſpexiſſe, cum Deos immortales eſſe eo argumento demonſtraret, quod alimento nullo uterentur.

> *Nam neque edunt Cereris, neque Bacchi munera potant:*
> *Hinc immortales, et caſſi ſanguine habentur.*

ſignificat enim, non vivendi modo, ſed et moriendi viaticum eſſe nutrimentum. Hinc

συςρεφόμεναι τοῖς σώμασιν, οὐκ ἔλαττον ἐνδείας κακὸν ἔχουσι τὴν πλήρωσιν· πολλάκις δὲ καὶ μεῖζόν ἐστιν ἔργον τοῦ πορίσαι τροφὴν καὶ συναγαγεῖν, τὸ καταναλῶσαι καὶ τὸ διαφορῆσαι πάλιν εἰς τὸ σῶμα παραγενομένην. Ἀλλ' ὥσπερ εἰ διαποροῖεν αἱ Δαναΐδες τίνα βίον βιώσονται, καὶ τί πράξουσιν ἀπαλλαγεῖσαι τῆς περὶ τὸν πίθον λατρείας καὶ πληρώσεως· οὕτω διαποροῦμεν ἡμεῖς, εἰ γένοιτο παύσασθαι φορτίζοντας εἰς τὴν σάρκα τὴν ἄτρυτον c ἐκ γῆς ἅμα καὶ θαλάττης τοσαῦτα, τί πράξομεν, ἀπειρίᾳ τῶν καλῶν τὸν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ςέργοντες βίον. Ὥσπερ οὖν οἱ δουλεύσαντες, ὅταν ἐλευθερωθῶσιν, ἃ πάλαι τοῖς δεσπόταις ἔπραττον ὑπηρετοῦντες, ταῦτα πράττουσιν αὑτοῖς καὶ δι' αὑτούς· οὕτως ἡ ψυχὴ νῦν μὲν τρέφει τὸ σῶμα πολλοῖς πόνοις καὶ ἀσχολίαις, εἰ δὲ ἀπαλλαγείη τῆς λατρείας, αὑτὴν δήπουθεν ἐλευθέραν γενομένην θρέψει, καὶ βιώσεται εἰς αὑτὴν ὁρῶσα καὶ τὴν

B. 3. συςρεφόμεναι] Malim συντρεφόμεναι.
B. 10. εἰς τὴν σάρκα] G. εἰς τὴν γαςέρα: quod melius videtur.

enim morbi corporibus adhæreſcunt, quibus repletio ſæpius quam inedia cauſam præbet: ac plerumque majoris eſt laboris ingeſtum conſumere et diſſipare alimentum, quam comparare. Sed perinde ac ſi Danaides quærerent anxie qualem acturæ vitam forent, et quid rei geſturæ, ſi dolii ſui tractatione liberarentur: ita nos percunctamur, ſi contingeret nobis finem facere tam varia terra marique conquirendi et congerendi in carnem noſtram inexplebilem, quidnam eſſemus acturi: quia ob imperitiam rerum pulchrarum vitam neceſſitatibus inſervientem amamus. Quemadmodum igitur qui ſervierunt, libertatem conſecuti pro ſeſe ac propter ſeipſos ea faciunt quæ olim dominorum obeuntes miniſteria fecerant: ſic anima nunc quidem multis occupata eſt laboribus in alendo corpore: ſed eo miniſterio ubi fuerit exonerata, ſeipſam nimirum libertate potitam alet, vivetque in ſeſe et in veritatem intuens, nemine alio abripiente

ἀλήθειαν, οὐδενὸς περιαιροῦντος οὐδὲ ἀπάγοντος. Τὰ μὲν
οὖν ῥηθέντα περὶ τροφῆς, ὦ Νίκαρχε, ταῦτ᾽ ἦν.

ιζ΄. Ἔτι δὲ τοῦ Σόλωνος λέγοντος, εἰσῆλθε Γοργίας
ὁ Περιάνδρου ἀδελφός· ἐτύγχανε γὰρ εἰς Ταίναρον ἀπε-
σταλμένος ἔκ τινων χρησμῶν, τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν καὶ D
θεωρίαν ἀπάγων· ἀσπασαμένων δ᾽ ἡμῶν αὐτόν, καὶ τοῦ
Περιάνδρου προσαγαγομένου καὶ φιλήσαντος, καθίσας
παρ᾽ αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης, ἀπήγγειλεν ἄττα δὴ πρὸς
μόνον ἐκεῖνον· ὁ δὲ ἠκροᾶτο, πολλὰ πάσχοντι πρὸς τὸν
λόγον ὅμοιος ὤν· τὰ μὲν γὰρ ἀχθόμενος, τὰ δὲ ἀγα-
νακτῶν ἐφαίνετο, πολλάκις δὲ ἀπιστῶν, εἶτα θαυμάζων·
τέλος δὲ γελάσας πρὸς ἡμᾶς, Βούλομαι μέν, ἔφη, πρὸς
τὸ παρὸν φράσαι τὸ προσηγγελμένον· ὀκνῶ δέ, ἀκούσας
Θάλεω ποτὲ εἰπόντος, Ὅτι δεῖ τὰ μὲν εἰκότα λέγειν,
τὰ δὲ ἀμήχανα σιωπᾶν. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Βίας, Ἀλ- E
λὰ καὶ τοῦτ᾽, ἔφη, Θάλεω τὸ σοφόν ἐστιν, Ὅτι δεῖ τοῖς
ἐχθροῖς καὶ περὶ τῶν πιστῶν ἀπιστεῖν, τοῖς δὲ φίλοις καὶ

aut abducente. Hæc, Nicarche, de alimento fuerunt diſputata.

XVII. Nondum finem dicendi fecerat Solon, cum intro venit Gorgias Periandri frater, a Tænaro reverſus, quo miſſus fuerat ut oraculis quibuſdam ita monentibus rem ſacram faceret, ac pompam duceret. Eum a nobis ſalutatum Periander amplexus atque oſculatus, juxta ſe collocavit. Ibi fratri Gorgias ſeorſim quædam renunciavit, ita audienti, ut ſatis appareret varie ea narratione affici eum, modo dolentis, mox indignantis, ſæpe diffidentis, mox admirantis ſpeciem præbentem. Tandem ridens nos ita affatur: Cupio, inquit, jam nunc vobis narrare quid nuncii acceperim: ſed vix audeo, qui meminerim Thaletem aliquando dixiſſe, *Efferenda ea eſſe quæ ſunt probabilia, reticenda incredibilia.* Sub hæc Bias: Atqui, ait, Thaletis hoc quoque ſapienter dictum eſt, *Hoſtibus etiam ubi credibilia narrant fidem derogandam, amicis*

τὰ ἄπιστα πιστεύειν· ἐχθροὺς μὲν, ἐγὼ ἡγοῦμαι, τοὺς πονηροὺς καὶ ἀνοήτους, φίλους δὲ, τοὺς χρηστοὺς καὶ φρονίμους, αὐτοῦ καλοῦντος. Οὐκοῦν, ἔφη, λεκτέον εἰς ἅπαντας, ὦ Γοργία, μᾶλλον δὲ ἀκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους ὑποφθεγγόμενον ὃν ἥκεις λόγον ἡμῖν κομίζων.

ιη'. Ἔφη τοίνυν Γοργίας, ὅτι τῆς θυσίας ἐφ' ἡμέρας τρεῖς συντελεσθείσης ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῇ τελευταίᾳ
F παννυχίδος οὔσης, καὶ χορείας τινὸς καὶ παιδιᾶς πρὸς τὸν αἰγιαλὸν, ἡ μὲν Σελήνη κατέλαμπεν εἰς τὴν θάλατταν· οὐκ ὄντος δὲ πνεύματος ἀλλὰ νηνεμίας καὶ γαλήνης, πόῤῥωθεν ἀφεωρᾶτο φρίκη κατιοῦσα παρὰ τὴν ἄκραν, ἀφρόν τινα καὶ ψόφον ἄγουσα τῷ ῥοθίῳ περὶ αὐτὴν πολὺν, ὥστε πάντας ἐπὶ τὸν τόπον οὗ προσέμελλε καταδραμεῖν θαυμάσαντας· πρὶν δὲ εἰκάσαι τὸ προσφερό-

E. 7. ἀκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους κ. τ. λ.] Locus, meo judicio, ſanus, ſed ſubobſcurus; ut interpretationem magis quam emendationem exſpectet. Nec libri quid variant. Reſpicitur ad Dithyrambos recens ab Arione inventos. Vertam: *Dic rem, quam adfers, ad nos omnes præſentes: immo potius eam traducens ad novos illos dithyrambos* (i. e. *ei adhibens novos illos dithyrambos*: vel, *more Dithyramborum illorum recens inventorum*) *elata voce enuncia*. Plura in Animadverſionibus.

F. 6. προσέμελλε] Ita omnes libri. Corrigendum προσιέναι ἔμελλε: vel προσβάλλειν ἔμελλε: vel ſimpliciter προσέβαλλε audaciori quidem uſu.

etiam quæ fidem excedunt credenda eſſe: inimicos autem ego cenſeo malos et fatuos, amicos ab eo dici bonos et prudentes. Proinde, inquit Periander, coram univerſis, Gorgia, rem expone, aut potius ad novos iſtos dithyrambos illis, quæ affers, recitandis deduc.

XVIII. Tum Gorgias hujuſmodi narrationem habuit. Cum ſacrificium tribus diebus exactis confeciſſemus, ultimaque ſolemniter univerſi noctem inſomnem ad litus cum chorea et joco duceremus, Luna mare illuſtrante, nulloque ſpirante vento, ſed malacia ac tranquillitate obtinente, eminus horror quidam maris conſpectus eſt verſus promontorium vergens, incitatione aquæ ſpumam ſtrepitumque edente magnum, ut univerſi non ſine admiratione ad locum quo appellebat adcurrerimus. Priuſquam vero poſſemus conjicere

μένον ὑπὸ τάχους, δελφῖνες ὤφθησαν, οἱ μὲν ἀθρόοι πέριξ κυκλοῦντες, οἱ δὲ ὑφηγούμενοι τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς τὸ λειότατον, ἄλλοι δ' ἐξόπισθεν, οἷον παρέποντες, ἐν 162 μέσῳ δὲ ἀνεῖχεν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὄγκος ἀσαφὴς καὶ ἄσημος, ὀχουμένου σώματος· μέχρις οὗ συνάγοντες εἰς αὐτὸ καὶ συνεποκείλαντες, ἐξέθηκαν ἐπὶ τὴν γῆν ἄνθρωπον ἔμπνουν καὶ κινούμενον· αὐτοὶ δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἄκραν ἀναφερόμενοι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐξήλλοντο, παίζοντες ὑφ' ἡδονῆς τινος, ὡς ἔοικε, καὶ σκιρτῶντες. Ἡμῶν δέ, Γοργίας ἔφη, πολλοὶ μὲν διαταραχθέντες ἔφυγον ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ὀλίγοι δὲ μετ' ἐμοῦ θαρρήσαντες προσελθεῖν ἐγνώρισαν Ἀρίονα τὸν κιθαρῳδόν, αὐτὸν τοὔνομα φθεγγόμενον αὐτοῦ, καὶ τῇ στολῇ καταφανῆ B γενόμενον· τὸν γὰρ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ᾧ κιθαρῳδῶν ἐχρήσατο. Κομίσαντες οὖν ἐπὶ

A. 3. *συνάγοντες εἰς αὐτὸ*] *congregantes ſe ad illud* (*σῶμα*) *corpus.* Rarior uſus, *συνάγειν* pro *συνάγειν ἑαυτόν.* Forte tamen, nonnihil vitii ſubeſt: ut legendum ſit *σ· εἴσω αὐτὸ illud intra ipſos includentes.*

quid eſſet quod advehebatur, (celeritate enim impediebamur) delphines conſpecti ſunt, alii confertim in orbem circumnatantes, alii ad litus qua læviſſimum erat præeuntes, alii ſubſequentes a tergo et agmen claudentes, in medio autem ſuper mare extabat moles quædam vehentis corporis, ignota nobis et indiſcreta: donec delphini coeuntes et ad litus una applicantes in terram expoſuerunt hominem viventem ac moventem ſeſe: inde ipſi rurſum ad promontorium reverſi majore quam ante ſaltatione luſerunt, præ voluptate (ut apparebat) quadam exſultim laſcivientes. Ibi vero plerique de noſtris conſternati a mari profugerunt: ego et mecum pauci ſumus auſi accedere. Invenimus ergo et agnovimus Arionem citharœdum, qui et nomen ſuum edebat ipſe, et amictu innoteſcebat: gerebat enim veſtem qua in certaminibus muſicis ſolebat uti. Hunc nos in tabernaculum de-

σκηνῆς αὐτὸν, ὡς οὐδὲν εἶχε κακὸν, ἀλλ' ἢ διὰ τάχος καὶ ῥοῖζον ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκλελυμένος καὶ κεκμηκὼς, ἠκούσαμεν λόγον ἄπιστον ἅπασι, πλὴν ἡμῶν τῶν θεασαμένων τὸ τέλος. Ἔλεγε γὰρ Ἀρίων ὡς πάλαι μὲν ἐγνωκὼς ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπαίρειν, Περιάνδρου δὲ γράψαντος αὐτῷ προθυμότερος γενόμενος, ὁλκάδος Κορινθίας παραφανείσης εὐθὺς ἐπιβὰς ἀναχθείη· μετρίῳ δὲ πνεύματι χρωμένων, αἴσθοιτο τοὺς ναύτας ἐπιβουλεύοντας
C ἀνελεῖν αὐτὸν, εἶτα καὶ παρὰ τοῦ κυβερνήτου πύθοιτο λάθρα μηνύσαντος, ὡς τῇ νυκτὶ τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς εἴη δεδογμένον· ἔρημος οὖν ὢν βοηθείας καὶ ἀπορῶν, ὁρμῇ τινι χρήσαιτο δαιμονίῳ, τὸ μὲν σῶμα κοσμῆσαι, καὶ λαβεῖν ἐντάφιον αὐτῷ τὸν ἐναγώνιον ἔτι ζῶν κόσμον, ἐξᾆσαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τελευτῶν, καὶ μὴ γενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κύκνων ἀγεννέστερος· ἐσκευασμένος οὖν, καὶ προειπὼν ὅτι προθυμία τις αὐτὸν ἔχει τὸν νόμον διελθεῖν τὸν Πυθικὸν

B. 4. ὡς οὐδὲν εἶχε κακὸν] ὡς additum ex B.

tulimus: neque quicquam illi erat mali, niſi quod a celeritate et impetu vectationis defatigatus nonnihil languebat. Audivimus autem ex eo narrationem omnibus incredibilem, præterquam nobis, qui finem et exitum rei ſpectavimus. Aiebat enim ſe, cum jampridem ex Italia diſcedere in animum induxiſſet, litteris Periandri ut id maturaret permotum, Corinthiam navim onerariam forte tum oblatam conſcendiſſe: cumque vento veherentur ſatis commodo, animadvertiſſe ſe nautas ipſi necem machinari, idque ſe deinde etiam ex rectore navis cognoviſſe, clanculum monente ſtatuiſſe nautas conſilium ſuum noctu exſequi. Tum ſe omni deſtitutum auxilio, et in extremis hærentem difficultatibus, divino quodam animi inſtinctu impulſum ut corpus exornaret, ac veſtem qua in certaminibus obeundis fuiſſet uſus, pro funebri ſumeret, et ſub finem vitæ caneret, neque hac in parte oloribus palmam concederet. Sic ergo ornatum ſe dixiſſe nautis, veniſſe ſibi in mentem ut Pythicam cantilenam pro ſua na-

ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ καὶ τῆς νεὼς καὶ τῶν ἐμπλεόντων, καταστὰς παρὰ τὸν τοῖχον ἐν πρύμνῃ, καί τινα θεῶν D
πελαγίων ἀνάκλησιν προαναχρουσάμενος, ᾄδοι τὸν νόμον· καὶ ὅσον οὔπω μεσοῦντος αὐτοῦ καταδύοιτο μὲν ὁ ἥλιος εἰς τὴν θάλατταν, ἀναφαίνοιτο δὲ ἡ Πελοπόννησος. οὐκέτ᾽ οὖν τῶν ναυτῶν τὴν νύκτα περιμενόντων, ἀλλὰ χωρούντων ἐπὶ τὸν φόνον, ἰδὼν ξίφη γεγυμνωμένα, καὶ παρακαλυπτόμενον ἤδη τὸν κυβερνήτην, ἀναδραμὼν ῥίψειεν ἑαυτὸν ὡς δυνατὸν ἦν μάλιστα πόῤῥω τῆς ὁλκάδος· πρὶν δὲ ὅλον καταδῦναι τὸ σῶμα, δελφίνων ὑποδραμόντων ἀναφέροιτο, μεστὸς ὢν ἀπορίας καὶ ἀγνοίας καὶ ταραχῆς τὸ πρῶτον· ἐπεὶ δὲ ῥᾳστώνη τῆς ὀχήσεως ἦν, καὶ πολλοὺς ἑώρα ἀθροιζομένους περὶ αὐτὸν εὐμενῶς, καὶ διαδεχο- E
μένους ὡς ἀναγκαῖον ἐν μέρει λειτούργημα καὶ προσῆκον πᾶσιν, ἡ δὲ ὁλκὰς ἀπολειφθεῖσα πόῤῥω τοῦ τάχους αἴσθησιν παρεῖχε· μήτε τοσοῦτον, ἔφη, δέους πρὸς θάνατον αὐτῷ, μήτε ἐπιθυμίας τοῦ ζῆν, ὅσον φιλοτιμίας ἐγγενέσθαι

viſque et comitum ſalute cantaret: adſtitiſſeque in puppi ad foros, invocationeque marinorum numinum quadam præmiſſa, inde ad fides ceciniſſe Pythiam odam. Nondum plane medium cantilenæ cum abſolviſſet, occubuiſſe Solem, conſpectamque fuiſſe Peloponneſum. Nautis vero non jam ulterius noctem præſtolantibus, ſed ad cædem ſe convertentibus, cum nudari gladios, et gubernatorem caput velare jam videret, ſeſe quam potuiſſet longiſſime a navi in altum projeciſſe. Verum priuſquam totum corpus ſubſideret, delphinis ſubeuntibus elatum ſe fuiſſe, plenum initio anxietatis et ignorationis atque perturbationis: cum autem leniter veheretur, multoſque circa ſe congregari delphinos cerneret placide, onerique per vices veluti neceſſario et publico ſubire, ſimulque navis procul a tergo relicta velocitatem vectationis argueret: tum vero aiebat ſibi neque mortis tantum metum, neque vitæ cupiditatem tantam ad animum accidiſſe, quantum ſibi ſtudium inceſſiſſet, ut ſervatus et

πρὸς τὴν σωτηρίαν, ὡς θεοφιλὴς ἀνὴρ φανείη, καὶ λάβοι περὶ θεῶν δόξαν βέβαιον· ἅμα δὲ καθορῶν τὸν οὐρανὸν ἀστέρων περίπλεων, καὶ τὴν σελήνην ἀνίσχουσαν εὐφεγγῆ καὶ καθαράν, ἑστώσης δὲ πάντῃ τῆς θαλάσσης ἀκύμονος,
F ὥσπερ τρίβον ἀνασχιζόμενον τῷ δρόμῳ, διανοεῖσθαι πρὸς αὐτόν, ὡς οὐκ ἔστιν εἷς ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμός, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐπισκοπεῖ κύκλῳ ὁ θεὸς τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τε καὶ θάλατταν· τούτοις δὲ δὴ τοῖς λογισμοῖς, ἔφη, τὸ κάμνον αὐτοῦ καὶ βαρυνόμενον ἤδη τοῦ σώματος ἀναφέρεσθαι, καὶ τέλος ἐπεὶ τῆς ἄκρας ἀπαντώσης ἀποτόμου καὶ ὑψηλῆς, εὖ πως φυλαξάμενοι καὶ κάμψαντες (ἐν γῇ γὰρ ἐνήχοντο) τὴν γῆν, ὥσπερ εἰς λιμένα
162 σκάφος ἀσφαλὲς κατάγοντες, παντάπασιν αἰσθέσθαι θεοῦ κυβερνήσει γεγονέναι τὴν κομιδήν. Ταῦτα, ὁ Γοργίας ἔφη, τοῦ Ἀρίονος εἰπόντος, ἠρόμην αὐτόν, ὅπου τὴν ναῦν

E. 6. φανείη, καὶ λάβοι] Ita libri ſcripti. Ald. Baſ. Xyl. φανείη καὶ λάβῃ. Steph. et reliquæ editiones vitioſe φανείη καὶ λάβοι.

F. 8. τὴν γῆν] τῆς γῆς Voſſ. Exempl. Turneb. Ita non opus parentheſis ſigno.

A. 1. κατάγοντες] Legend. κατάγειν.

diis charus videretur, et firmam de iis opinionem conciperet. Simulque ſe cum cœlum intueretur ſtellis frequentiſſimis nitens, lunamque fulgidam et puram exorientem, ſtante mari tranquillo undequaque, et ſine fluctibus curſum veluti ſemitam ſciſſam præbente: cogitaſſe ſe cum animo ſuo, non unum duntaxat juſtitiæ eſſe oculum, ſed his omnibus circumcirca Deum obſervare quæ terra marique agantur. His cogitationibus corporis partes gravatas jam et laſſas fuiſſe recreatas. Tandem cum ad promontorium appuliſſent delphini, quod ſublime erat ac præruptum, optime ejus aſperitatem eos caviſſe ac circumflexiſſe, pone adnatantes: donec in terra ipſum, velut navim in portum tutum, depoſuiſſent: ut plane ſenſerit, Dei procuratione ſic vectum ſeſe fuiſſe. Hæc cum Arion expoſuiſſet: ego, addebat Gorgias, percunctatus ſum, ubi putaret navim iſtam

οἴεται καταχθήσεσθαι· ὁ δὲ, πάντως μὲν εἰς Κόρινθον, πολὺ μέντοι καθυστερεῖν· αὐτὸν γὰρ ἑσπέρας ἐκπεσόντα, πεντακοσίων οὐ μεῖον οἴεσθαι δρόμον σταδίων κομισθῆναι, καὶ γαλήνην εὐθὺς κατασχεῖν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἑαυτὸν ὁ Γοργίας ἔφη πυθόμενον τοῦ τε ναυκλήρου τοὔνομα καὶ τοῦ κυβερνήτου, καὶ τῆς νεὼς τὸ παράσημον, ἐκπέμψαι πλοῖα καὶ στρατιώτας τὰς καταίρσεις παραφυλάξοντας· τὸν δὲ Ἀρίονα μετ' αὐτοῦ κομίζειν ἀποκεκρυμμένον, ὅπως μὴ B
προαισθόμενοι τὴν σωτηρίαν, διαφύγοιεν· ὄντως οὖν ἐοικέναι θείᾳ τύχῃ τὸ πρᾶγμα· παρεῖναι γὰρ αὐτοὺς ἅμα δεῦρο, καὶ πυνθάνεσθαι, τῆς νεὼς κεκρατημένης ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, συνειλῆφθαι τοὺς ἐμπόρους καὶ ναύτας. Ὁ μὲν οὖν Περίανδρος ἐκέλευσεν εὐθὺς ἐξαναστάντα τὸν Γοργίαν, εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι τοὺς ἄνδρας οὗ μηδεὶς αὐτοῖς πρόσεισι, μηδὲ φράσει τὸν Ἀρίονα σεσωσμένον.

ιθ'. Ὁ δὲ Αἴσωπος, Ἀλλ' ὑμεῖς, ἔφη, χλευάζετε

A. 5. καθυστερεῖν] καθυστερήσειν Voſſ. Venet. P.

appulſuram: reſpondit, omnino ad Corinthum, ſed multo poſt venturam: nam ſe veſperi elapſum e navi exiſtimare vectum eſſe non minus quingentis ſtadiis ſpatium: et ſtatim malaciam fuiſſe obortam. Dicebat præterea Gorgias ſe et naucleri nomine, et gubernatoris, et inſigni navis cognito, emiſiſſe naves et milites qui loca navibus appellendis idonea obſervarent, diſſimulato quod ſecum ferrent Arionem, ne ſontes fuga elabi re cognita poſſent: omnino autem divino caſui fortunæ hanc rem reſpondere: ſimul enim et ſe huc adveniſſe, et ſignificatum ſibi eſſe navim in eorum quos emiſerat militum poteſtatem una cum negotiatoribus et nautis veniſſe. Sub hæc Periander Gorgiam ſtatim ſurgere juſſit, deprehenſoſque iſtos in carcerem compingere, ubi nemo accedere, aut de ſervato Arione eos certiores reddere poſſet.

XIX. Tum Æſopus: Vos vero, inquit, graculos meos et

τοὺς ἐμοὺς κολοιοὺς καὶ κόρακας, εἰ διαλέγονται· δελφῖνες δὲ τοιαῦτα νεανιεύονται; Ἄλλό τι λέγωμεν, ἔφην,
C ὦ Αἴσωπε· τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ πιστευομένῳ καὶ γραφομένῳ παρ' ἡμῖν πλέον ἢ χίλια ἔτη διαγέγονε, καὶ ἀπὸ τῶν Ἰνοῦς καὶ Ἀθάμαντος χρόνων. Ὁ δὲ Σόλων ὑπολαβὼν, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ Διόκλεις, ἐγγὺς θεῶν ἔστω καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς· ἀνθρώπινον δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ Ἡσιόδου πάθος· ἀκήκοας γὰρ ἴσως τὸν λόγον. Οὐκ ἔγωγε· εἶπεν. Ἀλλὰ μὴν ἄξιον πυθέσθαι. Μιλησίου γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρὸς ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος, ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ'
D ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα, μηδενὸς ὢν αἴτιος,

B. 12. λέξωμεν] Ita Venet. Voſſ. P. Vulgo λέξομεν. Proxime ἔφην, quod Xylander conjecerat, dedi ex B. Anon. T. V. pro ἔφη.

C. 1. τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ] Xyl. putat hic quædam excidiſſe. Idem ſentit Mez. *deſunt hic multa*, inquit, quibus Inus et Athamantis fabula narrabatur. Forte non erit quod excidiſſe quid ſtatuamus, ſi τούτῳ τῷ λόγῳ accipiamus pro *huic traditioni, homines a delphinis ſervari*.

C. 6. Οὐκ ἔγωγε· εἶπεν] Legendum Οὐκ ἔγωγε εἶπον. Nam Dioclis ſunt hæc verba. Ἀλλὰ μὴν et ſequentia Solonis ſunt qui Heſiodi obitum narrat. Ita recte vertit Xylander.

corvos differentes ſubſannate porro, cum delphini hoc modo juvenentur? Ego autem: aliud, inquam, Æſope, eſt quod dicimus: hæc enim oratio, cui nos fidem adhibemus, amplius mille jam annos duravit, ab Inus et Athamantis uſque temporibus. Solon vero hunc excipiens ſermonem: hæc quidem, inquit, Diocles, ad Deos propius pertinent, ſuntque nobis ſuperiora: humanum eſt, et ad nos attinet, quod Heſiodo evenit: puto enim te narrari audiviſſe. Non ſane, inquam. Atqui, ait, auditu digna res eſt. Mileſius quidam, cum quo hoſpitii ac convictus uſus Heſiodo intercedebat, apud Locros hoſpitis filiæ pudicitiam clam imminuerat: re comperta creditum eſt Heſiodum ab initio conſcium flagitii fuiſſe, in eoque occultando operam navaſſe: cum quidem hic inſons, nulla ſua culpa in iram hominum

ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. Ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες, καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρώϊλος ἦν ὄνομα· τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων, τὸ μὲν τοῦ Τροΐλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον, ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀπεχούσῃ· καὶ μέχρι νῦν Τρώϊλος ἡ χοιρὰς καλεῖται· τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε, καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχανε δὲ Λο- E
κροῖς ἡ τῶν Ῥίων καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον· ὡς δὲ ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον, καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον

D. 8. ἀπεχούσῃ] Præſtat ἀνεχούσῃ cum Anon. T. V. B. *ad ſcopulum paululum ex mari exſtantem.*

E. 1. καὶ τὴν Μολυκρίαν] Forte rectius legatur κατὰ τὴν Μολυκρίαν, ut corrigit Palmerius Græc. Antiq. IV, 20. p. 485.

E. 2. ἡ τῶν Ῥίων] Aſſentior Reiſkio corrigenti ἡ τῶν Ῥιείων: ſacrum τὰ Ῥίεια.

E. 6. πρόσφατον νεκρὸν] Aliquanto melius πρόσφατον τὸν νεκρὸν T. V. B.

per calumniam et ſiniſtras incidiſſet ſuſpiciones. Nihilominus eum puellæ fratres apud Locrenſe Nemeium ſive nemus ex inſidiis trucidaverunt: unaque aſſeclam ipſius Troilum. Cæterum cadaveribus in mare devolutis, Troili cadaver foras in Daphnum fluvium delatum, apud ſcopulum aquis ambitum et non procul a mari diſſitum detentum fuit: qui ſcopulus etiamnum Troilus dicitur. Heſiodi autem cadaver, ubi primum a terra excidit, excipiens delphinorum grex ad Rium et Molycriam deportavit. Forte tum Locri ſolennem conventum agebant apud Rium, ac ſacris operabantur publicis, quæ etiamnum ſplendide iſto in loco peraguntur. Cum vero cadaver videretur adferri, mirati (ut par erat) ad litus adcurrerunt: cumque cadaver recens interfecti Heſiodi agnoſcerent, gloria hominis permoti nihil antiquius

ἐποιοῦντο, διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου. Καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν, εὑρόντες τοὺς φονεῖς· αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας, καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητού-
F μενος ὑπ' Ὀρχομενίων, ὥς φασι, βουλομένων κατὰ χρησμὸν ἀνελέσθαι τὰ λείψανα, καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς. Εἴπερ οὖν οὕτως ἔχουσιν οἰκείως καὶ φιλανθρώπως πρὸς τοὺς ἀποθανόντας, ἔτι μᾶλλον εἰκός ἐστι τοῖς ζῶσι βοηθεῖν, καὶ μάλιστα κηληθέντας αὐλοῖς, ἤ τισι μέλεσι. Τουτὶ γὰρ ἤδη πάντες ἴσμεν, ὅτι μουσικῇ τὰ ζῶα ταῦτα χαίρει καὶ διώκει, καὶ παρανήχεται τοῖς ἐλαυνομένοις πρὸς ᾠδὴν καὶ αὐλὸν ἐν εὐδίᾳ πορείας τερπόμενα. Χαίρει δὲ
163 καὶ νήξεσι παίδων, καὶ κολύμβοις ἁμιλλᾶται. Διὸ καὶ νόμος ἀδείας ἄγραφός ἐστιν αὐτοῖς. Θηρᾷ γὰρ οὐδεὶς οὔτε λυμαίνεται, πλὴν ὅταν ἐν δικτύοις γενόμενοι κα-

F. 8. πορείας] Forte χορείαις.

habuerunt quam cædis actores quærere: ac cito iis ſucceſſit res, inventoſque percuſſores vivos in mare præcipitaverunt, et eorum domum diruerunt. Ipſe Heſiodus apud Nemeium ſepultus eſt: et ſepulchrum ejus plerique peregrini ignorant: occultatur enim propter Orchomenios, qui id quærunt, et reliquias Heſiodi, monitu oraculi cujuſdam, auferre, et apud ſe humare cupiunt. Itaque ſi delphini ita ſunt adverſus mortuos humani atque familiariter affecti, multo probabilius eſt vivis eos opem ferre, maxime ubi fiſtulis aut cantu invitantur. Hoc enim jam omnibus nobis compertum eſt, muſica animalia iſta delectari, eamque affectari, et juxta vehentes in tranquillo cum cantu ac tibia adnatare. Natatione etiam puerorum gaudent, certantque cum nantibus. Itaque lege non ſcripta cautum iis eſt de ſecuritate: nemo enim eos piſcatur aut lædit: niſi ſi quan-

κεργοῦσι περὶ τὴν ἄγραν, πληγαῖς κολάζονται, καθάπερ παῖδες ἁμαρτάνοντες. Μέμνημαι δὲ καὶ περὶ Λεσβίων ἀνδρῶν ἀκούσας σωτηρίαν τινὰ κόρης ὑπὸ δελφῖνος ἐκ θαλάττης γενέσθαι, λεγόμενον ἀκριβῶς· ἀλλ' ὁ Πιττακὸς ἐπιγινώσκει· δίκαιον δ' ἐστὶ περὶ τούτων διελθεῖν.

κ'. Ἔφη τοίνυν ὁ Πιττακὸς, ἔνδοξον εἶναι καὶ μνημο-
νευόμενον ὑπὸ πολλῶν τὸν λόγον. Χρησμοῦ γὰρ γενομένου
τοῖς οἰκίζουσι Λέσβον, ὅταν ἕρματι πλέοντες περιτύχωσιν
ὃ καλεῖται Μεσόγειον, τότε ἐνταῦθα Ποσειδῶνι μὲν ταῦρον, B
Ἀμφιτρίτῃ δὲ καὶ Νηρηΐσι ζῶσαν καθιέναι παρθένον·
ὄντων οὖν ἀρχηγετῶν ἑπτὰ καὶ βασιλέων, ὀγδόου δὲ τοῦ
Ἐχελάου πυθοχρήστου τῆς ἀποικίας ἡγεμόνος, οὗτος μὲν
ἠΐθεος ἦν ἔτι, τῶν δὲ ἑπτὰ κληρουμένων ὅσοις ἄγαμοι
παῖδες ἦσαν, καταλαμβάνει θυγατέρα Σμινθέως ὁ κλῆ-
ρος· ἣν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ κοσμήσαντες, ὡς ἐγένοντο κατὰ
τὸν τόπον, ἔμελλον εὐξάμενοι καθήσειν. Ἔτυχε δέ τις

A. 7. γενέσθαι, λεγόμενον ἀκριβῶς· κ. τ. λ.] Puto legendum: γενέσθαι λεγομένην· ἀλλ' ὁ Πιττακὸς ἐπεὶ γινώσκει ἀκριβῶς, δίκαιός ἐστι κ. τ. λ.

do in retia ingreſſi piſcationi nocent: tunc enim puerorum inſtar delinquentium verberibus caſtigantur. Ac memini me de Leſbiis audire, puellam quandam e mari a delphino fuiſſe ſervatam.

XX. Vere, inquit Pittacus, hoc narratum tibi fuit: eſt enim res nota, et multorum memoria confirmata. Leſbum condentibus oraculum mandaverat, ut cum navigando ad ſtationem appuliſſent nomine Meſogeium, quaſi Mediterraneum dicas, ibi tum Neptuno taurum, Amphitritæ ac Nereidibus vivam virginem demitterent in mare. Septem erant duces ac reges, octavus Echelaus princeps deducendæ coloniæ oraculo conſtitutus, iſque etiamnum cœlebs. Cum reliqui ſeptem ſorte de innuptis liberis comparaſſent, ea ſorori Sminthei obtigit: hanc igitur veſtibus et auro exornarunt, erantque, cum loco appropinquaſſent, conceptis votis in mare abjecturi. Erat

ἐρῶν αὐτῆς τῶν συμπλεόντων, οὐκ ἀγεννὴς, ὡς ἔοικε, νεανίας, οὗ καὶ τὸ ὄνομα διαμνημονεύουσιν Ἔναλον·
C οὗτος ἀμήχανόν τινα τοῦ βοηθεῖν τῇ παρθένῳ προθυμίαν ἐν τῷ τότε πάθει λαβὼν, παρὰ τὸν καιρὸν ὥρμησε, καὶ περιπλακεὶς ὁμοῦ συγκαθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. Εὐθὺς μὲν οὖν φήμη τις οὐκ ἔχουσα τὸ βέβαιον, ἄλλως δὲ πείθουσα πολλοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, διηνέχθη περὶ σωτηρίας αὐτῶν καὶ κομιδῆς. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ τὸν Ἔναλόν φασιν ἐν Λέσβῳ φανῆναι, καὶ λέγειν ὡς ἐπὶ δελφίνων φορητοὶ διὰ θαλάττης ἐκπέσειεν ἀβλαβῶς εἰς τὴν ἤπειρον. Ἔτι δὲ ἄλλα θειότερα τούτων, ἐκπλήττοντα καὶ κηλοῦντα τοὺς πολλοὺς, διηγεῖσθαι·
D πάντων δὲ πίστιν ἔργον παρασχεῖν. Κύματος γὰρ ἠλιβάτου περὶ τὴν νῆσον αἰρομένου, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπαντῆσαι δεδιότων, μόνον θαλάττῃ ἕπεσθαι πολύποδας αὐτῷ πρὸς

C. 8. ἐκπέσειεν] Malim ἐκπέσοιεν ut unus habet P. et vertit Xyl.
D. 3. μόνον θαλάττῃ] Exciderunt quædam. Forte ita reſtituenda: μόνον ἐκβῆναι τῆς θαλάττης, καὶ ἕπεσθαι πολύποδας αὐτῷ. Res eadem narratur ab Athenæo XI. p. 466. C. et brevius a Plutarcho II. p. 984. D. ex duobus auctoribus.

inter eos qui una navigabant adoleſcens quidam indolis nequaquam malæ, cujus nomen Enalus perhibetur: is cum puellæ iſtius amore teneretur, et ſtudio ejus ſervandæ ineffabili duceretur, ſub ipſum temporis articulum impetu dato eam complexus, una ſe in mare demiſit. Ac ſtatim quidem fama certitudinis expers, ſed cui tamen multi de exercitu fidem adhiberent, didita fuit incolumes eos fuiſſe in terram delatos. Poſtea vero temporis aiunt ipſum in Leſbo fuiſſe viſum Enalum, ac narraſſe, a delphinis ſe e mari in continentem citra periculum fuiſſe evectos. Poſſem alia his diviniora, ac multorum animos qua percellentia qua demulcentia commemorare: ſed difficile eſt omnibus fidem facere. Cum enim fluctus ingens circa inſulam attolleretur, homineſque ad mare accedere non auderent, ſolum ferunt Enalum acceſſiſſe, et ſecutam eum eſſe polypodum multitu-

τὸ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος, ὧν τοῦ μεγίστου λίθον κομίζοντος, λαβεῖν τὸν Ἔναλον, καὶ ἀναθεῖναι· καὶ τοῦτον Ἔναλον καλοῦμεν. Καθόλου δὲ, εἶπεν, εἴ τις εἶδεν ἢ διαφορὰν ἀδυνάτου καὶ ἀσυνήθους καὶ παραλόγου καὶ παραδόξου, μάλιστα ἂν ὁ Χίλων, καὶ μήτε πιστεύων, ὡς ἔτυχε, μήτε ἀπιστῶν, τὸ, Μηδὲν ἄγαν, ὡς σὺ προσέταξας, διαφυλάττων.

κα'. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Ἀνάχαρσις εἶπεν, ὅτι τοῦ Θάλεω καλῶς ὑπολαμβάνοντος ἐν πᾶσιν εἶναι τοῖς κυριωτάτοις μέρεσι τοῦ κόσμου καὶ μεγίστοις ψυχὴν, οὐκ E ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν εἰ τὰ κάλλιστα περαίνεται θεοῦ γνώμῃ· ψυχῆς γὰρ ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχή· καὶ καθάπερ σῶμα πολλὰς μὲν ἐξ αὐτοῦ κινήσεις ἔχει, τὰς δὲ πλείστας καὶ καλλίστας ὑπὸ ψυχῆς, οὕτως αὖ πάλιν ἡ

D. 5. ἀναθεῖναι] Ita Ald. Baſ. Xyl. Voſſ. Exempl. Turn. Quod quare et unde Stephanus mutavit in ἀναθῆναι, neſcio.

D. 5. τοῦτον Ἔναλον καλοῦμεν] Ita Stephanus forte ex Exempl. Turn. in quo duæ ſunt lectiones; altera hæc: altera non minus bona, τούτῳ ἔτι καλοῦμεν: forte utroque a correctore vulgatæ quam reliqui editi et ſcripti libri habent τοῦτον Εἰ καλοῦμεν.

II. Quodam de audacibus ducibus vulnus acceptum Athenienſibus demonſtrante: *Me vero*, inquit Timotheus, *puduit quod cum ego dux veſter in Samo eſſem, prope me telum catapultæ decidit.*

III. Oratoribus Charetem commendantibus, talemque debere Athenienſium eſſe imperatorem dicentibus: *Non*, inquit, *imperatorem, ſed eum qui imperatori ſtragulam veſtem portet.*

CHABRIÆ.

I. Chabrias dicebat optimum hunc eſſe imperatorem, qui maxime cognitas habeat res hoſtium.

β΄. Δίκην δὲ φεύγων προδοσίας μετὰ Ἰφικράτους, ἐπιτιμῶντος αὐτῷ τοῦ Ἰφικράτους ὅτι κινδυνεύων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδίζει καὶ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν ἀριστᾷ, Τοιγαροῦν, εἶπεν, ἂν ἄλλό τι γνῶσι περὶ ἡμῶν Ἀθηναῖοι, σὲ μὲν αὐχμῶντα καὶ ἄσιτον, ἐμὲ δὲ ἠριστηκότα καὶ ἀληλιμμένον ἀποκτενοῦσιν.

γ΄. Εἰώθει δὲ λέγειν, ὅτι, Φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον, ἡγουμένου λέοντος, ἢ λεόντων, ἐλάφου.

ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ.

Ἡγησίππου τοῦ Κρωβύλου προσαγορευομένου παροξύνοντος τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ Φίλιππον, ὑπεφώνησέ τις ἐκ τῆς ἐκκλησίας, Πόλεμον εἰσηγῇ; Ναὶ μὰ Δία, εἶπε, καὶ μέλανα ἱμάτια, καὶ δημοσίας ἐκφορὰς, καὶ λόγους ἐπιταφίους, εἰ μέλλομεν ἐλεύθεροι βιώσεσθαι, καὶ μὴ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον Μακεδόσι. E

ΠΥΘΕΟΥ.

Πυθέας ἔτι μειράκιον ὢν, παρῆλθεν ἀντερῶν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου γραφομένοις ψηφίσμασιν· εἰπόντος δέ τινος,

II. Proditionis una cum Iphicrate accuſatus, gymnaſium frequentabat, ſolitaque hora prandebat. Reprehenſus eo nomine ab Iphicrate: *Proinde*, inquit, *ſi quid ſiniſtrum de nobis ſtatuerint Athenienſes, ſqualidum te et jejunum, me pranſum unctumque interficient.*

III. Solebat dicere, *Terribiliorem eſſe cervorum exercitum leone duce, quam leonum agmen ducente cervo.*

HEGESIPPI.

Hegeſippus cognomento Crobylus, adverſus Philippum Athenienſes inſtigabat: cumque e concione quidam occlamaſſet, Bellum introducis? *Omnino*, inquit, *atque atras etiam mehercle veſtes, et publicas funerationes, funebreſque orationes, ſiquidem liberi vivere, neque facere Macedonum imperata volumus.*

PYTHEÆ.

Pytheas etiamnum adoleſcens progrediebatur in publicum, dicturus contra decreta de Alexandro promulgata:

Σὺ νέος ὢν τολμᾷς λέγειν περὶ τηλικούτων; Καὶ μὴν Ἀλέξανδρος, εἶπεν, ὃν ψηφίζεσθε θεὸν, ἐμοῦ νεώτερός ἐστι.

F

ΦΩΚΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.

α΄. Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ὑπ᾽ οὐδενὸς οὔτε γελῶν ὤφθη, οὔτε δακρύων.

β΄. Ἐκκλησίας δὲ γινομένης πρὸς τὸν εἰπόντα, Σκεπτομένῳ, ὦ Φωκίων, ἔοικας, Ὀρθῶς, ἔφη, τοπάζεις· σκέπτομαι γὰρ εἴ τι δύναμαι περιελεῖν ὧν μέλλω λέγειν πρὸς Ἀθηναίους.

γ΄. Μαντείας δὲ γινομένης Ἀθηναίοις ὡς εἷς ἐστὶν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ταῖς πάντων ἐναντιούμενος γνώμαις, καὶ τῶν Ἀθηναίων ζητεῖν κελευόντων ὅστις ἐστὶ, καὶ βοώντων, Φωκίων ἑαυτὸν ἔφησε τοῦτον εἶναι· μόνῳ γὰρ ἑαυτῷ μηδὲν ἀρέσκειν ὧν οἱ πολλοὶ πράττουσι καὶ λέγουσιν.

88 δ΄. Ἐπεὶ δὲ λέγων ποτὲ γνώμην πρὸς τὸν δῆμον εὐδοκίμει, καὶ πάντας ὁμαλῶς ἑώρα τὸν λόγον ἀποδεχο-

cumque diceret quidam, Tu adoleſcens cum ſis, de tantis rebus audes dicere? *Enimvero,* inquit, *Alexander, quem vos deum decreto veſtro facitis, natu quam ego minor eſt.*

PHOCIONIS.

I. Phocionem Athenienſem nemo neque ridentem vidit, neque lachrymantem.

II. Coacta concione dicenti, *Videre mihi, O Phocion, cogitabundus: Recte,* inquit, *conjicis; delibero enim an aliquid amputare poſſim de verbis quæ ſum ad populum facturus.*

III. Oraculo Athenienſibus ſignificatum erat, unum eſſe in civitate qui omnium adverſaretur ſententiis. Cum quæri juberent quiſnam ille eſſet, ac vociferarentur, *Se illum eſſe,* Phocion dixit: *Soli enim ſibi nihil eorum probari, quæ vulgo fierent ac dicerentur.*

IV. Aliquando dicens ſuam ſententiam, cum placere ſe, et æqualiter ab omnibus approbari ſuam videret oratio-

μένους, ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους εἶπεν, Οὐ δή που κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα;

έ. Πρὸς δὲ θυσίαν τινὰ τῶν Ἀθηναίων αἰτούντων ἐπιδόσεις, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιδιδόντων, κληθεὶς πολλάκις, Αἰσχυνοίμην ἂν, εἶπεν, ὑμῖν ἐπιδιδοὺς, τούτῳ δὲ μὴ ἀποδιδούς· ἅμα δεικνύων τὸν δανειστήν.

ς'. Δημοσθένους δὲ τοῦ ῥήτορος εἰπόντος, Ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι ἐὰν μανῶσι, Ναὶ, εἶπεν, ἐμὲ μὲν, ἂν μανῶσι· σὲ δὲ, ἂν σωφρονῶσι.

ζ'. Ἀριστογείτονος δὲ τοῦ συκοφάντου μέλλοντος ἀπο- B
θνήσκειν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατακρίτου γεγονότος, καὶ δεομένου τὸν Φωκίωνα πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, τῶν δὲ φίλων οὐκ ἐώντων πρὸς ἄνθρωπον πονηρὸν βαδίζειν, Καὶ ποῦ τις ἂν, εἶπεν, ἥδιον Ἀριστογείτονι λαλήσειε;

ή. Ὀργιζομένων δὲ τοῖς Βυζαντίοις τῶν Ἀθηναίων, μὴ δεξαμένοις τῇ πόλει Χάρητα πεμφθέντα μετὰ δυνάμεως βοηθὸν αὐτοῖς πρὸς Φίλιππον, εἰπὼν ὁ Φωκίων, ὅτι, Δεῖ μὴ τοῖς ἀπιστοῦσι τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τοῖς

nem, converſus ad amicos: *Numnam*, inquit, *mihi imprudenti pravum aliquod dictum excidit?*

V. Poſtulantibus ad ſacrificium quoddam ſtipem Athenienſibus, conferentibuſque reliquis, aliquoties vocatus, *Puderet vero me*, inquit, *vobis donare*, *huic* (ſimul creditorem demonſtrabat) *non reddere*.

VI. Demoſthene oratore dicente, interficient te Athenienſes ſi inſanient: *Plane*, inquit, *me*, *ſi inſanient: te*, *ubi ſapient*.

VII. Ariſtogiton judicum ſententiis morti addictus, cum jam moriturus in carcere flagitaret ut Phocion ad ſe veniret, huncque amici ad malum hominem accedere prohiberent: *Et ubi tandem*, ait Phocion, *Ariſtogitonem mallet aliquis compellare?*

VIII. Iraſcebantur Athenienſes Byzantiis, quod in urbem non admiſiſſent Charetem miſſum cum copiis præſidio ipſis contra Philippum. Ibi Phocion *non ſuccenſendum ſociis diffidentibus*, *ſed ducibus potius*

ἀπιστουμένοις τῶν στρατηγῶν ὀργίζεσθαι, αὐτὸς ᾑρέθη στρατηγός· καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων, ἐποίησε τὸν C Φίλιππον ἀπελθεῖν ἄπρακτον.

θʹ. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως ἑκατὸν τάλαντα δωρεὰν αὐτῷ πέμψαντος, ἠρώτησε τοὺς κομίζοντας, τί δή ποτε, πολλῶν ὄντων Ἀθηναίων, αὐτῷ μόνῳ ταῦτα δίδωσιν Ἀλέξανδρος· εἰπόντων δὲ ἐκείνων ὡς μόνον αὐτὸν ἡγεῖται καλὸν κἀγαθὸν εἶναι, Οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με καὶ δοκεῖν καὶ εἶναι τοιοῦτον.

ιʹ. Αἰτοῦντος δὲ Ἀλεξάνδρου τριήρεις, καὶ τοῦ δήμου κελεύοντος ὀνομαστὶ παριέναι τὸν Φωκίωνα καὶ συμβουλεύειν, ἀναστὰς ἔφη, Συμβουλεύω τοίνυν ὑμῖν ἢ κρατεῖν τοῖς ὅπλοις αὐτοὺς, ἢ φίλους εἶναι τῶν κρατούντων.

ιαʹ. Λόγου δὲ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἐμ- D πεσόντος ἀδεσπότου, καὶ τῶν ῥητόρων ἀναπηδώντων εὐθὺς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ μὴ μέλλειν ἀλλὰ πολεμεῖν ἤδη κελευόντων, ὁ Φωκίων ἠξίου περιμεῖναι, καὶ γνῶναι βεβαίως.

fidem non merentibus pronunцians, ipſe dux eſt creatus, admiſſuſque a Byzantiis fidem ſibi habentibus, effecit ut Philippus re infecta diſcederet.

IX. Alexandro rege centum talenta dono mittente ipſi, quæſivit ex adferentibus, quam ob rem de tanto Athenienſium numero ſibi ſoli iſtuc largiretur Alexander. Cum reſponderent, ſolum ipſum a rege bonum virum judicari: *Talem ergo*, inquit, *me et videri et eſſe patiatur.*

X. Poſcente Alexandro triremes, populoque nominatim Phocionem prodire jubente et in medium conſulere, ſurgens: *Suadeo igitur*, ait, *ut vel ipſi armis potentiam obtineatis*, *vel potentium amici ſitis.*

XI. Allatus incerto autore erat de morte Alexandri nuncius. Ad quem cum oratores ſtatim in roſtra provolaſſent, bellumque ſine mora ulla ſuſcipiendum autumarent, Phocion expectare jubebat, remque certo explorare: *Nam*,

Εἰ γὰρ τήμερον, ἔφη, τέθνηκε, καὶ αὔριον ἔσται καὶ εἰσέτι τεθνηκώς.

ιβ'. Τοῦ δὲ Λεωσθένους εἰς τὸν πόλεμον ἐμβαλόντος τὴν πόλιν, ἐλπίσι λαμπραῖς πρὸς τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα καὶ τῆς ἡγεμονίας ἐπαιρομένην, τοὺς λόγους αὐτοῦ ταῖς κυπαρίττοις ἀπείκαζε, Καλοὶ γὰρ ὄντες, ἔφη, καὶ ὑψηλοὶ, καρπὸν οὐκ ἔχουσι. Κατορθουμένων δὲ τῶν πρώτων, καὶ τῆς πόλεως εὐαγγέλια θυούσης, ἐρωτηθεὶς εἰ ταῦτα ἤθελεν οὕτω πεπρᾶχθαι, Πεπρᾶχθαι μὲν οὖν, E
ἔφη, ταῦτα, βεβουλεῦσθαι δὲ ἐκεῖνα.

ιγ'. Τῇ δὲ Ἀττικῇ τῶν Μακεδόνων προσβαλλόντων, καὶ πορθούντων τὴν παραλίαν, ἐξήγαγε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ· πολλῶν δὲ συντρεχόντων πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεγκελευομένων ἐκεῖνον τὸν λόφον καταλαβεῖν, καὶ ἐνταῦθα τάξαι τὴν δύναμιν, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς πολλοὺς ὁρῶ στρατηγοὺς, στρατιώτας δὲ ὀλίγους· οὐ μὴν

E. 1. οὕτω πεπρᾶχθαι] Legendum, quamvis omnibus in vulgata lectione conſentientibus libris, αὐτῷ πεπρᾶχθαι ex ſede dicti, quæ eſt in Vita Phocionis p. 752. B. Vertendum ut acumen appareat: Interrogatus malitne ipſe hæc geſſiſſe? reſpondit, geſſiſſe hæc, ſuaſiſſe illa.

dicebat, *ſi hodie mortuus eſt Alexander, cras etiam ac deinceps erit mortuus.*

XII. Leoſthenes Athenienſes in bellum Lamiacum conjecerat, magna ſpe ob nomen parandæ libertatis et imperii exagitatos. Hujus orationem cupreſſorum ſimilem dicebat eſſe Phocion: quæ cum ſint pulchræ et proceræ, fructum tamen ferunt nullum. Rebus Leoſtheni initio proſpere ſuccedentibus, et civitate victimas ob lætum nuncium immolante, interrogatus, An rem ita geſtam non vellet: *Vellem,* inquit, *altero modo decretum fuiſſe: hæc ſic acta eſſe placet.*

XIII. Macedonibus Atticam incurſantibus, oramque maritimam populantibus, eduxit qui ætate erant ad militiam apti. Multis autem ad ipſum concurrentibus, hortantibuſque ut tumulo quem monſtrabant occupato ibi aciem inſtrueret: *Dii boni,* inquit,

ἀλλὰ συμβαλὼν ἐκράτησε, καὶ διέφθειρε Νικίωνα τὸν ἄρχοντα τῶν Μακεδόνων.

ιδʹ. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τῷ
F πολέμῳ κρατηθέντες ἐδέξαντο φρουρὰν ὑπ' Ἀντιπάτρου· Μενύλλου δὲ τοῦ τῆς φρουρᾶς ἄρχοντος χρήματα τῷ Φωκίωνι διδόντος, ἀγανακτήσας εἶπε, μήτε ἐκεῖνον Ἀλεξάνδρου βελτίονα εἶναι, καὶ χείρονα τὴν αἰτίαν ἐφ' ᾗ λήψεται νῦν, τότε μὴ δεξάμενος.

ιεʹ. Ἀντίπατρος δὲ ἔφη, πῶς δυεῖν αὐτῷ φίλων Ἀθήνησιν ὄντων, οὔτε Φωκίωνα λαβεῖν πέπεικεν, οὔτε Δημάδην διδοὺς ἐμπέπληκεν.

ιϛʹ. Ἀξιοῦντος δὲ Ἀντιπάτρου ποιῆσαί τι τῶν μὴ δικαίων αὐτὸν, Οὐ δύνασαι, εἶπεν, Ἀντίπατρε, καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι, καὶ κόλακι.

189 ιζʹ. Μετὰ δὲ τὴν Ἀντιπάτρου τελευτὴν δημοκρατίας Ἀθηναίοις γενομένης, κατεγνώσθη θάνατος τοῦ

A. 2. καὶ ἐγνώσθη] Sic Ald. Baſ. Xyl. Voſſ. Κατεγνώσθη Stephan. et ſequentes.

quam multos duces, paucos milites video! commiſſa tamen pugna vicit, et Nicionem Macedonum ducem interfecit.

XIV. Non multo poſt tempore Athenienſibus bello victis præſidium ab Antipatro eſt impoſitum: cujus præfectus Menyllus pecuniam Phocioni cum offerret, indigne id Phocion tulit, *Neque hunc Alexandro meliorem eſſe*, dicens, *et minus honeſtas accipiendi cauſas habere, qui olim repudiaſſet.*

XV. Antipater autem dicebat duos ſe amicos habere Athenis Phocionem ac Demadem, quorum alterum nunquam adducere potuiſſet ut miſſa dona acciperet, alterum nunquam dandis muneribus exſaturaſſet.

XVI. Eidem abs ſe injuſtam quandam actionem poſtulanti, Phocion: *Non potes*, inquit, *Antipater*, *Phocionem et amicum habere et adulatorem.*

XVII. Poſt mortem Antipatri forma reipublicæ populari conſtituta, in concione pronunciatum eſt Phocionem

λοιπόν· ἡ δ' ἐμὴ γυνὴ τοπαράπαν ἐχθὲς οὐδαμῆ προῆλθε.

ε'. Τῶν παίδων, αὐτοῦ γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα μέλλοντος, διαπυνθανομένων μή τι μεμφόμενος αὐτοὺς εἴη, Ἥκιστα, εἶπεν, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος ἑτέρους μοι παῖδας τοιούτους γενέσθαι. D

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν· ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαρροῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ. E

α'. Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος εἴθισε τοὺς πολίτας κομᾶν, λέγων, Ὅτι τοὺς μὲν καλοὺς ἡ κόμη εὐπρεπεστέρους ποιεῖ, τοὺς δὲ αἰσχροὺς, φοβερωτέρους.

β'. Πρὸς δὲ τὸν κελεύοντα ποιεῖν ἐν τῇ πόλει δημοκρατίαν, Σὺ πρῶτος, εἶπεν, ἐν τῇ οἰκίᾳ σου ποίησον δημοκρατίαν.

rum date operam modeſtiæ: mea uxor heri nuſquam omnino prodiit.

V. Ductūrum aliam uxorem interrogantibus filiis ecquid eo id faceret, quod ipſos improbaret: reſpondit, *Nequaquam vero, ſed vos laudo, cupioque alios præterea tales liberos nanciſci.*

DEMETRII PHALEREI.

Demetrius Phalereus regi Ptolemæo ſuadebat ut libros de regno et principatu pararet ac legeret, de quibus enim amici reges monere non audent, ea in libris exſtare.

LYCURGI.

I. Lycurgus Lacedæmonius cives adſuefecit ad alendam comam, inquiens ea formoſos, pulchriores: deformes, terribiliores reddi.

II. Poſcenti ut popularem reipublicæ formam Spartæ inſtitueret, juſſit prius domi ſuæ id facere.

γ'. Ἐκέλευε δὲ τὰς οἰκίας ποιεῖν ἀπὸ πελέκεως καὶ πρίονος μόνον· Αἰσχυνέσθαι γὰρ εἰς οἰκίας λιτὰς ἐκπώματα καὶ στρώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς εἰσφέρεσθαι.

δ'. Πυγμὴν δὲ καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν, ἵνα μηδὲ παίζοντες ἀπαυδᾷν ἐθίζωνται.

F ε'. Στρατεύειν δὲ πολλάκις ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐκώλυσεν, ὅπως μὴ ποιῶσι μαχιμωτέρους. Ὕστερον οὖν τοῦ Ἀγησιλάου τρωθέντος, ὁ Ἀνταλκίδας εἶπεν, Καλὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων λαμβάνειν αὐτὸν, ἐθίσαντα καὶ διδάξαντα πολεμεῖν ἄκοντας.

ΧΑΡΙΛΛΟΥ.

α'. Χάριλλος ὁ βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς διὰ τί νόμους ὀλίγους οὕτω Λυκοῦργος ἔθηκεν, ἀπεκρίνατο, Τοὺς χρωμένους ὀλίγοις λόγοις μὴ δεῖσθαι νόμων πολλῶν.

β'. Τῶν δὲ εἱλώτων τινὸς θρασύτερον αὐτῷ προσφερομένου, Νὴ τὼ Σιώ, εἶπε, κατέκτανον τεῦ εἰ μὴ ὠργιζόμαν.

III. Domos non niſi ſecuri et ſerra ædificare juſſit: fore enim ſic, ut pudeat in vilia domicilia pocula, et ſtragula, et menſas ſumptuoſas inferre.

IV. Pugillatione et pancratio interdixit, ut ne per jocum quidem victos ſe fateri ſui diſcerent.

V. Vetuit iiſdem ſæpius bellum inferre, ne ii hoc pacto pugnaciores reddantur. Itaque inferioribus temporibus Antalcidas Ageſilao vulnerato dixit, præclara eum doctrinæ præmia a Thebanis reportare, quos invitos exercuerit, docueritque bellum gerere.

CHARILLI.

I. Charillus rex interrogatus cur tam paucas leges Lycurgus poſuiſſet, reſpondit, eos qui paucis uterentur verbis non habere opus multis legibus.

II. Ferocius ſe adverſus ipſum gerenti de ſervis helotibus uni, Per Caſtores, inquit, occiderem te niſi iraſcerer.

γ'. Πρὸς δὲ τὸν πυθόμενον διὰ τί κομῶσιν; εἶπεν, Ὅτι τῶν κόσμων ἀδαπανώτατος οὗτός ἐστι.

ΤΗΛΕΚΛΟΥ. 170

Τήλεκλος ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐγκαλοῦντα τοῖς πολίταις ὡς ἀγνωμονέστερον αὐτῷ προσφερομένοις ἢ ἐκείνῳ, Σὺ γὰρ, εἶπεν, οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ.

Θεόπομπος ἔν τινι πόλει, πρὸς τὸν ἐπιδεικνύμενον τὸ τεῖχος αὐτῷ, καὶ πυνθανόμενον εἰ δοκεῖ καλὸν καὶ ὑψηλὸν εἶναι, Οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

Ἀρχίδαμος ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, τῶν συμμάχων ἀξιούντων ὁρίσαι τοὺς φόρους αὐτοῖς, εἶπεν, Ὁ πόλεμος οὐ τεταγμένα σιτεῖται.

ΒΡΑΣΙΔΟΥ. B

α'. Βρασίδας ἐν ἰσχάσι συλλαβὼν μῦν, καὶ δηχ-

A. 8. Οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν] Ita J. Voſſ. Pal. Jun. Mez. melius ſaltem vulgato Οὐ δεῖ γυναικῶν, εἶπεν. Cod. Venet. qui alio item habet loco dictum in Apophth. Lacon. p. 221. E. aliquanto melius Οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν, ἦν. Sententia eadem, forma paulo diverſa, in Laconicis Ap. aliquoties exſtat.

III. Interrogatus cur comam Spartani nutrirent? quia, inquit, omnium ornatuum hic minimo conſtat ſumptu.

TELECLI.

Teleclus rex fratri cives apud ipſum accuſanti, quod ſe non tanta quanta ipſum benevolentia proſequerentur, *Cauſa eſt*, inquit, *quod ferre injurias tu non noſti.*

THEOPOMPI.

Theopompus quidam in urbe oſtentanti murum, et quærenti pulcherne videretur et altus, reſpondit, *Ne ſi mulierum quidem ſit.*

ARCHIDAMI.

Archidamus bello Peloponneſiaco ſociis poſcentibus ut tributi certam præſcriberet quantitatem, *Bellum*, ait, *definito non alitur emolumento.*

BRASIDÆ.

I. Braſidas inter caricas murem cum cepiſſet, morſus

θεὶς, ἀφῆκεν· εἶτα πρὸς τοὺς παρόντας, Οὐδὲν οὕτως, ἔφη, μικρόν ἐστιν ὃ μὴ σώζεται τολμῶν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας.

β'. Ἐν δὲ μάχῃ διὰ τῆς ἀσπίδος ἀκοντισθεὶς, καὶ τὸ δόρυ τοῦ τραύματος ἑλκύσας, αὐτῷ τούτῳ τὸν πολέμιον ἀπέκτεινεν· ἐπερωτηθεὶς δὲ πῶς ἐτρώθη, Προδούσης με τῆς ἀσπίδος, εἶπεν.

γ'. Ἐπεὶ δὲ συνέβη πεσεῖν αὐτὸν ἐλευθεροῦντα τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης Ἕλληνας, οἱ δὲ πεμφθέντες εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις τῇ μητρὶ προσῆλθον αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ἠρώτησεν εἰ καλῶς ὁ Βρασίδας ἀπέθανεν· ἐγκωμιαζόν-
C των δὲ τῶν Θρᾳκῶν αὐτὸν, καὶ λεγόντων ὡς οὐδεὶς ἄλλως ἔσται τοιοῦτος, Ἀγνοεῖτε, εἶπεν, ὦ ξένοι· Βρασίδας μὲν γὰρ ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἁ δὲ Λακεδαίμων πολλὼς ἔχει τήνω κάρρονας.

ΑΓΙΔΟΣ.

α'. Ἆγις ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔφη τοὺς Λακεδαιμονίους ἐρωτᾷν πόσοι εἰσὶν, ἀλλὰ ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι.

ab eo dimiſit: tum iis qui aderant, *Nihil*, inquit, *ita parvum eſt*, *quod ſalutem ſibi non paret*, *ſi ulciſci adorientes audeat.*

II. In prælio jaculum ſibi per ſcutum adactum e vulnere extraxit, eoque ipſo hoſtem interfecit: interrogatus autem quomodo vulneratus eſſet, reſpondit: *Prodente me ſcuto.*

III. Poſtquam hic liberatis qui ad Thraciam habitabant Græcis in pugna occubuit, miſſos Spartam legatos ſcitata eſt mater ejus primum, an honeſte mortuus eſſet filius: et laudantibus eum Thracibus, neque ſimilem ejus quenquam futurum dicentibus, *Erratis*, inquit, *hoſpites*; *fuit Braſidas vir præclarus*, *ſed habet Lacedæmon multos eo fortiores.*

AGIDIS.

I. Agis rex dicebat *Lacedæmonios non interrogare quam multi*, *ſed ubi ſint hoſtes.*

βʹ. Ἐν δὲ Μαντινείᾳ κωλυόμενος διαμάχεσθαι τοῖς πολεμίοις πλείοσιν οὖσιν, εἶπεν, Ἀνάγκη πολλοῖς μάχεσθαι τὸν ἄρχειν πολλῶν βουλόμενον.

γʹ. Ἐπαινουμένων δὲ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ τὰ Ὀλύμπια καλῶς ἄγειν, Τί δέ, εἶπε, ποιοῦσι θαυμαστὸν εἰ δι' ἐτῶν τεσσάρων μιᾷ ἡμέρᾳ χρῶνται τῇ δικαιοσύνῃ; D Ἐπιμενόντων δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἔφη, Τί θαυμαστὸν εἰ πράγματι καλῷ καλῶς χρῶνται, τῇ δικαιοσύνῃ;

δʹ. Πρὸς δὲ ἄνθρωπον πονηρὸν ἐρωτῶντα πολλάκις τίς ἄριστος εἴη Σπαρτιατῶν, εἶπεν, Ὁ τὶν ἀνομοιότατος.

εʹ. Ἑτέρου δὲ πυνθανομένου πόσοι εἰσὶν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ὅσοι, εἶπεν, ἱκανοὶ τοὺς κακοὺς ἀπείργειν.

ϛʹ. Καὶ τὸ αὐτὸ ἑτέρου πυνθανομένου, Πολλοί σοι, ἔφη, δόξουσιν εἶναι, ἐὰν αὐτοὺς ἴδῃς μαχομένους.

ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ.

αʹ. Λύσανδρος, Διονυσίου τοῦ τυράννου πέμψαντος E ἱμάτια ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ τῶν πολυτελῶν, οὐκ

II. Et apud Mantineam vetantibus pugnam cum hoſtibus conſerere, quod numero vincerent, dixit: *Adverſus multos pugnet neceſſe eſt, qui multis vult imperare.*

III. Cum Elei laudarentur quod Olympia juſte adminiſtrarent, *Quid dignum*, inquit, *admiratione præſtant, ſi toto quadriennio unum per diem juſtitia utuntur?* Pergentibus autem laudare qui cœperant: *Quaſi vero*, inquit, *mirum ſit, ſi re pulchra, nimirum juſtitia, pulchre utuntur?*

IV. Homini malo ſæpius quærenti quiſnam Spartanorum ſit optimus, reſpondit, *Is, qui tui eſt diſſimillimus.*

V. Alii interroganti *quanta ſit Spartanorum multitudo*, reddidit: *Quanta ſufficit malis arcendis.*

VI. Idemque alio quærente, *Multi*, inquit, *tibi videbuntur Lacedæmonii, ſi eos pugnantes ſpectes.*

LYSANDRI.

I. Lyſander cum filiabus ipſius Dionyſius tyrannus pretioſas veſtes miſiſſet, non ac-

ἔλαβεν, εἰπὼν, Δεδιέναι μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον αἰσχραὶ φανῶσιν.

β'. Πρὸς δὲ τοὺς ψέγοντας αὐτὸν ἐπὶ τῷ δι' ἀπάτης τὰ πολλὰ πράσσειν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Ἡρακλέους, ἔλεγεν, Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον ἐστὶ ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν.

γ'. Πρὸς δὲ Ἀργείους δικαιότερα τῶν Λακεδαιμονίων λέγειν περὶ τῆς ἀμφισβητουμένης χώρας δοκοῦντας, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, Ὁ ταύτης, ἔφη, κρατῶν, βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται.

δ'. Τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους ὁρῶν ὀκνοῦντας προσμάχεσθαι τοῖς τείχεσι τῶν Κορινθίων, ὡς εἶδε λαγὼν ἐξ-
F αλλόμενον ἐκ τῆς τάφρου, Τοιούτους, ἔφη, φοβεῖσθε πολεμίους, ὧν οἱ λαγοὶ δι' ἀργίαν ἐν τοῖς τείχεσιν ἐγκαθεύδουσιν;

ε'. Μεγαρέως δὲ ἀνδρὸς ἐν κοινῷ συλλόγῳ παρρησίᾳ χρησαμένου πρὸς αὐτὸν, Οἱ λόγοι σου, εἶπε, πόλεως δέονται.

cepit: quod vereri ſe diceret, ne filiæ iis indutæ turpiores viderentur.

II. Culpantibus ipſum, quod multa per dolum agendo parum dignum Hercule ſe gereret, dixit: *Ubi leonina pellis non ſufficit, ibi adſuenda eſt vulpina.*

III. De agro controverſo cum viderentur Argivi juſtiora quam Spartani afferre argumenta, ſtringens gladium, *Hunc*, ait, *qui tenet*, *is optime de agrorum finibus diſputat.*

IV. Cernens Lacedæmonios non ſatis habere animi ad oppugnandos Corinthiorum muros, cum e foſſa leporem profilire videret, *Hos*, inquit, *metuiſtis hoſtes*, *quorum ob ignaviam muris lepores indormiunt?*

V. In concilio liberius a Megarenſi quodam compellatus, *Tua*, inquit, *verba civitate indigent.*

ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.

α΄. Ἀγησίλαος ἔλεγε τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς εἶναι, δούλους δὲ ἀγαθούς.

β΄. Εἰθισμένων δὲ αὐτῶν τὸν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, Τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;

γ΄. Περὶ ἀνδρείας καὶ δικαιοσύνης ἐρωτηθεὶς πότερα βελτίων, Οὐδὲν ἀνδρείας, ἔφη, χρῄζομεν ἐὰν πάντες ὦμεν δίκαιοι.

δ΄. Νυκτὸς δὲ μέλλων κατὰ τάχος ἀναζευγνύειν ἐκ 191
τῆς πολεμίας, καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶν ἀπολειπόμενον δι' ἀσθένειαν, καὶ δακρύοντα, Χαλεπὸν, εἶπεν, ἅμα ἐλεεῖν καὶ φρονεῖν.

ε΄. Μενεκράτους δὲ τοῦ ἰατροῦ Διὸς προσαγορευομένου, γράψαντος ἐπιστολὴν πρὸς αὐτὸν, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, ἀντέγραψεν, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν.

ϛ΄. Λακεδαιμονίων δὲ νικησάντων Ἀθηναίους καὶ

AGESILAI.

I. Ageſilaus dicebat *Aſiæ incolas ſi libertate fruerentur, malos: ſi ſervirent, bonos eſſe.*

II. Cum ſolerent illi Perſarum regem appellare magnum: *Quomodo*, aiebat, *is me major eſt, ſi non juſtior eſt et temperantior?*

III. De fortitudine et juſtitia interrogatus, utra harum major eſſet, reſpondit, *Nihil opus fore fortitudine, ſi omnes juſti eſſemus.*

IV. Noctu ſubito caſtra ex hoſtico moturus, cum amaſium videret ob imbecillitatem relinqui a tergo et flere, *Difficile eſt*, inquit, *ſimul miſereri et ſapere.*

V. Menecrati medico, qui Jupiter cognominabatur, in epiſtola ad ſe ſcribenti, *Menecrates Jupiter Ageſilao regi S.* reſcripſit: *Rex Ageſilaus Menecrati ſanam mentem.*

VI. Cum ad Corinthum Lacedæmonii viciſſent Athe-

τοὺς συμμάχους ἐν Κορίνθῳ, πυθόμενος τὸ πλῆθος τῶν
B πολεμίων νεκρῶν, Φεῦ τᾶς Ἑλλάδος, εἶπεν, ἃ τοσούτους
ὑφ' ἑαυτᾶς ἀπολώλεκεν ὅσοις ἀρκεῖ τοὺς βαρβάρους
νικῆν ἅπαντας.

ζ'. Χρησμὸν δὲ λαβὼν ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ Διὸς ὃν ἤθελεν, εἶτα τῶν Ἐφόρων κελευόντων καὶ τὸν Πύθιον ἐρωτῆσαι περὶ τῶν αὐτῶν, εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος, ἠρώτησε τὸν θεὸν, Εἰ ἅπερ τῷ πατρὶ, δοκεῖ καὶ αὐτῷ.

η'. Παραιτούμενος δέ τινα τῶν φίλων παρὰ τοῦ Καρὸς Ἰδριέως, ἔγραψε πρὸς αὐτὸν, Νικίας εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ, ἡμῖν ἄφες, πάντως δὲ ἄφες.

θ'. Τοῦ δὲ μιμουμένου τὴν τῆς ἀηδόνος φωνὴν ἀκοῦσαι παρακαλούμενος, Αὐτᾶς, εἶπεν, ἄκουκα πολλάκις.

C ι'. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, πάντας τοὺς τρέσαντας ἀτίμους εἶναι τοῦ νόμου κελεύοντος, ὁρῶντες οἱ ἔφοροι τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἔρημον οὖσαν, ἐβούλοντο τὴν

nienſes eorumque ſocios, multitudine hoſtium occiſorum audita dixit: *O infelicem Græciam, quæ tantum hominum ipſa ſibi interemit, quantum ſatis erat ad univerſos vincendum barbaros!*

VII. Olympiæ a Jove oraculum ex animi ſententia conſecutus, Ephoriſque jubentibus Apollinem Pythium eadem de re conſulere, profectus Delphos ex Deo quæſivit, *An quod viſum eſſet patri, idem ipſe probaret.*

VIII. Pro amico quodam apud Hidrieum Carem intercedens, ita ad hunc ſcripſit: ſi inſons eſt Nicias, miſſum eum fac: ſi autem ſons eſt, mea cauſa eum dimitte, omnino autem dimitte.

IX. Invitanti ad audiendum hominem qui luſciniæ vocem imitabatur, dixit, *Ipſam ſæpenumero audivi luſciniam.*

X. A pugna Leuctrica cum lex juberet ignominia omnes affici qui trepidaſſent: Ephori videntes urbem virorum vacuam, ignominiam iſtam abo-

ἀτιμίαν λῦσαι, καὶ νομοθέτην ἀπέδειξαν τὸν Ἀγησίλαον· ὁ δὲ προελθὼν εἰς τὸ μέσον, ἐκέλευσε τοὺς νόμους ἀπὸ τῆς αὔριον κυρίους εἶναι.

ια'. Ἐπεὶ δὲ πεμφθεὶς τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων σύμμαχος ἐπολιορκεῖτο μετ' αὐτοῦ, πολλαπλασιόνων ὄντων τῶν πολεμίων, καὶ περιταφρευόντων τὸ στρατόπεδον, κελεύσαντος ἐπεξιέναι καὶ διαμάχεσθαι τοῦ βασιλέως, D Οὐκ ἔφη διακωλύσειν τοὺς πολεμίους ἴσους αὐτοῖς γενέσθαι βουλομένους. Ἔτι δὲ μικρὸν ἀπολειπούσης τῆς τάφρου συνάψαι, κατὰ τοῦτο παρατάξας τὸ διαλεῖπον, καὶ πρὸς ἴσους ἴσοι ἀγωνισάμενοι ἐνίκησαν.

ιβ'. Ἀποθνήσκων δὲ, τοὺς φίλους ἐκέλευσε, Μηδεμίαν πλαστὴν μηδὲ μιμηλὴν ποιήσασθαι (τὰς εἰκόνας οὕτω προσαγορεύων)· εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖόν ἐστιν· εἰ δὲ μηδὲν, οὐδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες.

lere ſtatuerunt, Ageſilaoque legis condendæ auctoritatem detulerunt. Hic igitur progreſſus in publicum, *Jubeo*, inquit, *leges a craſtina die ratas eſſe.*

XI. Miſſus ut regi Ægyptiorum ferret ſuppetias, cum una cum eo obſideretur ab hoſtibus, quorum multitudinis partem tantum aliquantam ſuorum numero æquabat, iique foſſam circum ipſorum caſtra molirentur: juſſus a rege in aciem ſuos educere et pugna decernere, *Ego vero*, inquit, *non impediam quo minus hoſtes nobis fiant, quod inſtituerunt, æquales.* Cum jam foſſam ferme in orbem abſolviſſent, in ea quæ adhuc reſtabat intercapedine aciem inſtruxit, prœlioque commiſſo æquali ordinum utrinque latitudine, victoriam reportavit.

XII. Moriens amicis mandavit, *Ne ullum ſibi fictile aut pictum monimentum* (ſic enim appellabat imagines) *facerent: ſi quid enim egiſſet præclari, id ſibi monimentum fore: alioqui vel magnam ſtatuarum copiam nihil ad gloriam conducturam eſſe.*

ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗΣΙΛΑΟΥ.

B 'Αρχίδαμος ὁ 'Αγησιλάου, καταπελτικὸν ἰδὼν βέλος τότε πρῶτον ἐκ Σικελίας κομισθὲν, ἀνεβόησεν, Ὦ Ἡράκλεις, ἀπόλωλεν ἀνδρὸς ἀρετά.

ΑΓΙΔΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

α'. Ὁ δὲ νεώτερος Ἆγις, Δημάδου λέγοντος ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοὶ, Καὶ μὴν, ἔφη, μάλιστα οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται.

β'. Τῷ δὲ προδότῃ παραδοῦναι στρατιώτας τῶν ἐφόρων κελευόντων, Οὐκ ἔφη πιστεύειν τοὺς ἀλλοτρίους τῷ προδόντι τοὺς ἰδίους.

ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ.

F Κλεομένης πρὸς τὸν ὑπισχνούμενον αὐτῷ δώσειν ἀλεκτρυόνας ἀποθνήσκοντας ἐν τῇ μάχῃ, Μὴ σύ γε, εἶπεν, ἀλλὰ δός μοι τοὺς κατακτείνοντας ἐν τῇ μάχῃ.

ΠΑΙΔΑΡΕΤΟΥ.

Παιδάρετος οὐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους, ἥ τις ἦν ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσα τιμὴ τῇ τάξει,

ARCHIDAMI AGESILAI FRATRIS.

Archidamus Ageſilai frater catapultæ cernens telum, tunc primum e Sicilia allatum, exclamavit: *Hercules, actum eſt de virtute viri.*

AGIDIS MINORIS.

I. Agis junior, Demade dicente gladios Laconicos ob parvitatem devorari a præſtigiatoribus: *Atqui*, reſpondit, *gladiis maxime Lacedæmonii ſuos hoſtes tangunt.*

II. Jubentibus Ephoris milites ſuos proditori tradere, negavit alienos ſe crediturum ei qui proprios prodidiſſet.

CLEOMENIS.

Cleomenes promittenti daturum ſe ipſi gallos qui inter pugnandum moriantur: *Ne dederis*, inquit, *mihi iſtos, ſed qui in pugna interficiant.*

PÆDARETI.

Pædaretus inter trecentos, qui primarius in urbe honor erat, non allectus, lætus ac re-

ἱλαρὸς καὶ μειδιῶν ἀπήει, χαίρειν λέγων εἰ τριακοσίους ἡ πόλις ἔχει πολίτας ἑαυτοῦ βελτίονας.

ΔΑΜΟΝΙΔΟΥ.

Δαμονίδας δὲ ταχθεὶς εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ χοροῦ τάξιν ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστάντος, Εὖγε, εἶπεν, ἐξεῦρες πῶς καὶ αὐτὸς ἔντιμος γένηται.

ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ. 192

Νικόστρατος ὁ τῶν Ἀργείων στρατηγὸς ὑπὸ Ἀρχιδάμου χωρίον τι προδοῦναι παρακαλούμενος ἐπὶ χρήμασι πολλοῖς, καὶ γάμῳ Λακαίνης ἣν βούλεται, δίχα τῶν βασιλικῶν, ἀπεκρίνατο, Μὴ εἶναι τὸν Ἀρχίδαμον ἀφ' Ἡρακλέους· τὸν μὲν γὰρ Ἡρακλέα, περιιόντα τοὺς κακοὺς κολάζειν, Ἀρχίδαμον δὲ τοὺς ἀγαθοὺς κακοὺς ποιεῖν.

ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΔΟΥ.

α'. Εὐδαιμονίδας ἰδὼν ἐν Ἀκαδημίᾳ Ξενοκράτην πρεσβύτερον ἤδη μετὰ τῶν μαθητῶν φιλοσοφοῦντα, καὶ πυθόμενος ὅτι τὴν ἀρετὴν ζητεῖ, Πότε οὖν, εἶπεν, αὐτῇ χρήσεται;

nidens abiit, *Gaudium ſe ex eo* inquiens *percipere, ſi civitas trecentos ipſo meliores habeat cives.*

DAMONIDÆ.

Damonidas ab eo qui chorum conſtituebat ultimo collocatus loco, *Bene vero*, inquit, *factum: inveniſti enim hujus quoque ſtationis ornandæ rationem.*

NICOSTRATI.

Nicoſtratus Argivorum dux Archidamo petenti ut caſtellum ſibi quoddam proderet, mercediſque loco magnam pecuniam et nuptias Spartanæ mulieris quam vellet, ſolis exceptis regiis, pollicenti, reſpondit: *Non tu es ex Herculis poſteritate: hic enim terras obiens malos ſuppliciis affecit: tu de bonis malos vis reddere.*

EUDAMIDÆ.

I. Eudamidas in Academia videns Xenocratem grandi jam natu cum diſcipulis philoſophantem, audienſque virtutem ab eo quæri: *Et quando*, inquit, *utetur ea?*

B β'. Πάλιν ἀκούσας φιλοσόφου διαλεχθέντος ὅτι μόνος ἀγαθὸς ὁ σοφός ἐστιν, Ὁ μὲν λόγος, ἔφη, θαυμαστός, ὁ δὲ λέγων οὐ περισεσάλπισται.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Ἀντίοχος ἐφορεύων, ὡς ἤκουσεν ὅτι Μεσσηνίοις Φίλιππος τὴν χώραν ἔδωκεν, ἠρώτησεν εἰ καὶ τὸ κρατεῖν αὐτοῖς μαχομένοις περὶ τῆς χώρας ἔδωκεν.

ΑΝΤΑΛΚΙΔΟΥ.

α'. Ἀνταλκίδας πρὸς τὸν Ἀθηναῖον ἀμαθεῖς ἀποκαλοῦντα τοὺς Λακεδαιμονίους, Μόνοι γοῦν, εἶπεν, ἡμεῖς οὐδὲν μεμαθήκαμεν κακὸν παρ' ὑμῶν.

C β'. Ἑτέρου δὲ Ἀθηναίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Κηφισοῦ πολλάκις ὑμᾶς ἐδιώξαμεν, Ἡμεῖς δὲ οὐδέποτε, εἶπεν, ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα.

γ'. Σοφιστοῦ δὲ μέλλοντος ἀναγινώσκειν ἐγκώμιον Ἡρακλέους, ἔφη, Τίς γὰρ αὐτὸν ψέγει;

ΕΠΑΜΙΝΩΝΔΟΥ.

α'. Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου στρατηγοῦντος,

II. Rurſum philoſophum audiens diſputantem, ſolum ſapientem eſſe bonum imperatorem: *Verba quidem*, ait, *admirationem merentur*, *ſed qui dicit*, *eum tubæ nunquam circumſonuerunt.*

ANTIOCHI.

Antiochus Ephorus, audito Philippum Meſſeniis agrum attribuiſſe, quæſivit, *An id quoque eis dederit*, *ut pro eo pugnantes poſſint vincere.*

ANTALCIDÆ.

I. Antalcidas Athenienſi Spartanos appellanti indoctos, *Soli ergo*, inquit, *nos nihil mali a vobis didicimus.*

II. Alii Athenienſi dicenti, *Enimvero nos aliquoties vobis a Cephiſo profligatis inſtitimus*, reſpondit: *Sed nos nunquam vos ab Eurota repulſos perſecuti ſumus.*

III. Sophiſta laudationem Herculis recitaturo, *Quis vero*, inquit, *eum vituperat?*

EPAMINONDÆ.

I. Epaminonda Thebanorum imperatore, nunquam Pa-

οὐδέποτε πανικὸς θόρυβος ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον.

β'. Ἔλεγε δὲ τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον.

γ'. Τῶν δὲ ὁπλιτῶν δεῖν ἀπέφαινεν εἶναι τὸ σῶμα
γεγυμνασμένον οὐκ ἀθλητικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιω- D
τικῶς· διὸ καὶ τοῖς πολυσάρκοις ἐπολέμει, καί τινα τοιοῦτον ἀπήλασε τῆς στρατιᾶς, εἰπών, Ὅτι μόλις αὐτοῦ σκέπουσι τὴν γαστέρα ἀσπίδες τρεῖς ἢ τέσσαρες, δι' ἣν οὐχ ἑώρακεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον.

δ'. Οὕτω δὲ ἦν εὐτελὴς περὶ τὴν δίαιταν, ὥστε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὑπὸ γείτονος, εὑρὼν πεμμάτων καὶ ὄψων καὶ μύρων παρασκευὴν, ἀπῆλθεν εὐθύς, εἰπών, Ἐγώ σε θύειν ᾤμην, οὐχ ὑβρίζειν.

ε'. Τοῦ δὲ μαγείρου τοῖς συνάρχουσιν ἡμερῶν τινῶν δαπάνην ἀπολογιζομένου, πρὸς μόνον ἠγανάκτησε τὸ
πλῆθος τοῦ ἐλαίου· θαυμασάντων δὲ τῶν συναρχόντων, E
Οὐ τὸ τῆς δαπάνης, ἔφη, λυπεῖν αὐτόν, ἀλλ' εἰ τοσοῦτον ἔλαιον ἐντὸς παραδέδεκται τοῦ σώματος.

nicus terror exercitui incidit.

II. Dicebat hic, *pulcherrimam eſſe mortem in bello.*

III. Pronunciabat *gravis armaturæ militum corpora debere eſſe exercitata non athletice tantum, ſed et militari ratione.* Itaque obeſos oderat, et quendam eorum exercitu ejecit, dicens, *Ventrem ejus, præ quo ſua virilia videre nequiret, vix tribus poſſe aut quatuor ſcutis tegi.*

IV. Adeo autem frugali utebatur victus ratione, ut invitatus aliquando ad cœnam a vicino, cum inveniſſet ibi bellariorum, obſoniorum, unguentorumque apparatum, ſtatim diſceſſerit, inquiens: *Ego te ſacrificare putabam, non luxuriare.*

V. Coquo collegis rationem de ſumptu aliquot dierum reddente, ſoli olei impenſi multitudini ſuccenſuit: profeſſus, *Non ſumptum ſe ægre ferre, ſed quod olei tantum intra corpus eſſet receptum.*

ϛ'. Ἑορτὴν δὲ τῆς πόλεως ἀγούσης, καὶ πάντων ἐν πότοις καὶ συνουσίαις ὄντων, ἀπήντησε τινὶ τῶν συνήθων αὐχμηρὸς καὶ σύννους βαδίζων· θαυμάζοντος δὲ, καὶ πυνθανομένου τί δὴ μόνος οὕτως ἔχων περίεισιν, Ὅπως, εἶπεν, ἐξῇ πᾶσιν ὑμῖν μεθύειν καὶ ῥᾳθυμεῖν.

ζ'. Ἄνθρωπον δὲ φαῦλον ἐξαμαρτηκότα τι τῶν μετρίων, τοῦ μὲν Πελοπίδου παρακαλοῦντος, οὐκ ἀφῆκε· τῆς δ' ἐρωμένης δεηθείσης, ἀφῆκεν, εἰπὼν, Ὅτι τοιαῦτα
F πρέπει λαμβάνειν ἑταιριδίοις, ἀλλὰ μὴ στρατηγοῖς.

η'. Ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμονίων ἐπιστρατευομένων ἀνεφέροντο χρησμοὶ τοῖς Θηβαίοις, οἱ μὲν ἧτταν, οἱ δὲ νίκην φράζοντες, ἐκέλευε τοὺς μὲν ἐπὶ δεξιᾷ τοῦ βήματος θεῖναι, τοὺς δὲ ἐπ' ἀριστερᾷ. Τεθέντων δὲ πάντων, ἀναστὰς εἶπεν, Ἐὰν μὲν ἐθελήσητε τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, καὶ τοῖς πολεμίοις ὁμόσε χωρεῖν, οὗτοι ὑμῖν εἰσιν οἱ χρησμοὶ, δείξας τοὺς βελτίονας· ἐὰν δὲ ἀποδειλιάσητε πρὸς τὸν κίνδυνον, ἐκεῖνοι, πρὸς τοὺς χείρονας ἰδών.

F. 9. ἰδὼν] Ita J. et Jun. et Verſio Raphaelis Regii. Cæteri omnes εἰπών.

VI. Civitate diem feſtum agente, omnibuſque vino et convivio deditis, occurrit cuidam familiarium ſqualidus et cogitabundus. Miranti et cauſam quærenti; cur ſolus ita affectus obambularet, reſpondit: *Ut liceat vobis omnibus potare et animo eſſe otioſo.*

VII. Malum hominem, qui mediocrem aliquam culpam commiſerat, Pelopida deprecante non dimiſit: amaſia autem orante, abſolvit: *Hujuſmodi dona*, inquiens, *accipere meretriculas convenit*, *non imperatores.*

VIII. Lacedæmoniis bellum inferentibus cum eſſent allata Thebanis oracula, cladem quædam, victoriam alia denunciantia: hæc ad dextram, illa ad ſiniſtram tribunalis poni juſſit. Quo peracto, ſurgens, *Si*, inquit, *ducibus parere vultis et in hoſtem pugnare*, *hæc vobis oracula ſunt*, proſpera oſtendens: *ſi periculum prælii formidatis*, *hæc ſunt*, deteriora monſtrans.

θ'. Πάλιν δὲ προσάγων τοῖς πολεμίοις, βροντῆς γενομένης, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πυνθανομένων τί σημαίνειν οἴεται τὸν θεὸν, Ἐμβεβροντῆσθαι τοὺς πολεμίους, εἶπεν, 193
ὅτι τοιούτων χωρίων ἐγγὺς ὄντων, ἐν τοιούτοις στρατοπεδεύουσιν.

ι'. Ἥδιστον δὲ πάντων αὐτῷ τῶν γεγονότων καλῶν καὶ ἀγαθῶν εἶναι ἔλεγε, τὸ τῶν γεναμένων αὐτὸν τοῦ πατρὸς ζῶντος ἔτι καὶ τῆς μητρὸς, ἐν Λεύκτροις νικῆσαι Λακεδαιμονίους.

ια'. Εἰωθὼς δὲ φαίνεσθαι τὸν ἄλλον χρόνον ἀληλιμμένος τὸ σῶμα, καὶ φαιδρὸς τῷ προσώπῳ, μετὰ τὴν μάχην ἐκείνην τῇ ὑστεραίᾳ προῆλθεν αὐχμηρὸς καὶ ταπεινός· τῶν δὲ φίλων ἐρωτώντων μή τι λυπηρὸν αὐτῷ συμπέπτωκεν, Οὐδὲν, εἶπεν, ἀλλ' ἐχθὲς ᾐσθόμην ἐμαυτοῦ μεῖζον ἢ καλῶς ἔχει φρονήσαντος· διὸ σήμερον κο- B
λάζω τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς.

ιβ'. Εἰδὼς δὲ τοὺς Σπαρτιάτας ἐπικρυπτομένους τὰ τοιαῦτα συμπτώματα, καὶ βουλόμενος ἐξελέγξαι τὸ μέ-

IX. Cum jam ad hoſtem cum copiis accederet, et tonitru extitiſſet, interrogantibus ſuis quid ſignificari tonitru eo putaret, reſpondit: *Deum attonitos reddidiſſe hoſtes, ſtuporemque iis injeciſſe, qui cum prope apta loca eſſent, iniquo loco caſtra ponerent.*

X. Eorum quæ ipſi eveniſſent bona atque commoda, omnium hoc ſibi aiebat accidiſſe jucundiſſimum, *quod utroque vivente parente Lacedæmonios ad Leuctra viciſſet.*

XI. Solitus alias videri uncto corpore, vultuque ſereno, poſt illam pugnam poſtridie proceſſit ſqualidus atque humilis: et interrogantibus amicis ecquid adverſum obtigiſſet, *Non ſane*, inquit: *ſed heri ſenſi me animo altius quam rectum eſt elatum fuiſſe: itaque hodie immoderatum illud gaudium caſtigo.*

XII. Sciens autem Spartanos id genus calamitatum tegere, ut magnitudinem cladis eorum demonſtraret, cada-

γεθος τῆς συμφορᾶς αὐτοῦ, οὐχ ὁμοῦ πᾶσι νεκρῶν ἀναίρεσιν, ἀλλ' ἑκάστοις κατὰ πόλιν ἔδωκεν, ὥστε πλείονας ἢ χιλίους ὄντας ὀφθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους.

ιγ'. Ἰάσονος δὲ τοῦ Θεσσαλῶν μονάρχου συμμάχου μὲν εἰς Θήβας παραγενομένου, δισχιλίους δὲ χρυσοῦς τῷ Ἐπαμινώνδα πέμψαντος ἰσχυρῶς πενομένῳ, τὸ μὲν χρυσίον οὐκ ἔλαβε, τὸν δὲ Ἰάσονα θεασάμενος, Ἀδίκων,
C ἔφη, χειρῶν ἄρχεις· αὐτὸς δὲ πεντήκοντα δραχμὰς δανεισάμενος παρά τινος τῶν πολιτῶν, ἐφόδιον τῆς στρατιᾶς, ἐνέβαλεν εἰς Πελοπόννησον.

ιδ'. Αὖθις δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως τρισμυρίους δαρεικοὺς ἀποστείλαντος αὐτῷ, καθήψατο πικρῶς Διομέδοντος, εἰ τοσοῦτον πλοῦν πέπλευκε διαφθερῶν Ἐπαμινώνδαν· πρὸς δὲ τὸν βασιλέα λέγειν ἐκέλευσεν, Ὅτι τὰ συμφέροντα Θηβαίοις φρονῶν, ἕξει προῖκα φίλον Ἐπαμινώνδαν· τὰ δὲ μὴ συμφέροντα, πολέμιον.

ιε'. Ἐπεὶ δὲ Ἀργεῖοι μὲν ἐγένοντο σύμμαχοι Θη-

verum receptionem non ſimul univerſis, ſed ſingulatim urbibus permiſit: quo deprehenſum eſt amplius mille Lacedæmoniorum cecidiſſe.

XIII. Cum Jaſon Theſſalorum tyrannus Thebas (nam ea cum civitate fœdus ei ſocietaſque intercedebat) veniſſet, et Epaminondæ admodum egeno duo millia aureorum mitteret: aurum Epaminondas repudiavit, cumque Jaſonem conſpexiſſet, *Injuriam*, inquit, *mihi infers ultro:* et quinquaginta denariis a quodam cive mutuo ſumptis, eo fretus expeditionis viatico in Peloponneſum irrupit.

XIV. Rurſum cum ei rex Perſarum tria Daricorum millia miſiſſet: acerbe Diomedontem objurgavit, qui tantam navigationem confeciſſet corrumpendi Epaminondæ gratia, regique eum renunciare juſſit, *Se ei gratis fore amicum, Thebanorum commodo ſtudenti: incommoda autem eorum meditanti, hoſtem.*

XV. Cum Argivi facti eſſent Thebanorum ſocii, et

βαίων, Ἀθηναίων δὲ πρέσβεις εἰς Ἀρκαδίαν παραγενόμενοι κατηγόρουν ἀμφοτέρων, καὶ Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ D ὠνείδισε τὸν Ὀρέστην καὶ τὸν Οἰδίποδα ταῖς πόλεσιν, ἐπαναστὰς ὁ Ἐπαμινώνδας, Ὁμολογοῦμεν, ἔφη, καὶ παρ' ἡμῖν πατροκτόνον γενέσθαι, καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον· ἀλλὰ τοὺς ταῦτα δράσαντας ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο.

ιϛ' Πρὸς δὲ τοὺς Σπαρτιάτας πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν Θηβαίων κατηγορήσαντας, Οὗτοι μέν τοι, εἶπεν, ὑμᾶς βραχυλογοῦντας ἔπαυσαν.

ιζ'. Ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρον τὸν Φεραίων τύραννον, πολέμιον ὄντα Θηβαίων, Ἀθηναῖοι φίλον ἐποιήσαντο καὶ E σύμμαχον ὑπισχνούμενον αὐτοῖς ἡμιωβολίου τὴν μνᾶν κρεῶν ὤνιον παρέξειν, Ἡμεῖς δὲ, ἔφη ὁ Ἐπαμινώνδας, ξύλα προῖκα παρέξομεν Ἀθηναίοις ἐπὶ τὰ κρέα ταῦτα· τὴν γὰρ χώραν αὐτῶν τεμοῦμεν, ἂν πολυπραγμονῶσι.

E. 5. τὴν γὰρ χώραν] Ita ſententia poſtulat, et repoſui ex Voſſ. Mez. T. verſionibus Philelphi, Raphaelis, Amioti. Vulgo τὴν δὲ χώραν.

legati Athenienſium in Arcadiam miſſi utroſque culparent, atque Calliſtratus orator civitatibus his Oreſtem et Œdipum exprobraret: ſurgens Epaminondas: *Fatemur*, inquit, *apud nos parricidam, apud Argivos fuiſſe matricidam: verum iſtos a nobis ejectos Athenienſes receperunt.*

XVI. Spartanis vero multa et magna Thebanis crimina impingentibus dixit: *Hi quidem veſtræ breviloquentiæ finem impoſuerunt.*

XVII. Poſtquam Alexandrum Pheræorum tyrannum, hoſtem Thebanorum, Athenienſes ſocium ſibi fœdere junxerunt, pollicitum ſe ipſis minam carnis ſemiobolo venditurum: *Nos vero*, inquit Epaminondas, *Athenienſibus ligna ad coquendas carnes iſtas gratis ſuppeditabimus: nam ſi quid tentabunt novi, agrum eorum depopulabimur.*

ιη'. Τοὺς δὲ Βοιωτοὺς ὑπὸ σχολῆς ἐκλυομένους ἀεὶ βουλόμενος ἐν τοῖς ὅπλοις συνέχειν, ὁπότε Βοιωτάρχης αἱρεθείη, παρῄνων ἔλεγε, Ἔτι βουλεύσασθε ἄνδρες· ἐὰν γὰρ ἐγὼ στρατηγῶ, στρατευτέον ἐστὶν ὑμῖν· καὶ τὴν χώραν ὑπτίαν οὖσαν καὶ ἀναπεπταμένην, πολέμου ὀρχήστραν προσηγόρευεν, ὡς μὴ δυναμένους κρατεῖν αὐτῆς, ἂν μὴ τὴν χεῖρα διὰ πόρπακος ἔχωσι.

F ιθ'. Τοῦ δὲ Χαβρίου περὶ Κόρινθον ὀλίγους τινὰς τῶν Θηβαίων ὑπὸ τὰ τείχη φιλομαχοῦντας καταβαλόντος, καὶ στήσαντος τρόπαιον, ὁ Ἐπαμινώνδας καταγελῶν ἔφη, Ἐνταῦθα δὴ οὐ τρόπαιον ἀλλὰ Ἑκατήσιον ἑστάναι· τὴν γὰρ Ἑκάτην ἐπιεικῶς ἐν ταῖς πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρύοντο τριόδοις.

κ'. Ἀπαγγείλαντος δέ τινος ὡς Ἀθηναῖοι στράτευμα καινοῖς κεκοσμημένον ὅπλοις εἰς Πελοπόννησον ἀπεστάλκασι, Τί οὖν, εἶπεν, Ἀντιγενίδας στένει καινοὺς Τέλλινος

E. 8. βουλόμενος] Sic Voſſ. Venet. T. P. Verſiones Philelph. et Raphaelis. Vulgo βουλευόμενος.

XVIII. Bœotos otio diſſolutos cupiens ſemper in armis continere, cum Bœotarcham (ſic ſummum apud eos magiſtratum vocant) deligerent, hortari ſolebat, *Ut denuo conſultarent*; *ſe enim ſi crearent ducem*, *militandum ipſis fore*. Regionemque ipſorum ſupinam atque apertam, *belli orcheſtram* appellabat, quod eam tenere non poſſent, niſi manu clypei anſæ inſerta.

XIX. Chabrias apud Corinthum Thebanos paucos quoſdam ſub ipſos muros cupidius pugna progreſſos occiderat, ac trophæum ibi conſtituerat. Quod deridens Epaminondas, *Ibi non trophæum* aiebat, *ſed Triviæ ſtatuam ſtare*. Solent enim Triviæ ſtatuas ante portas in triviis ponere.

XX. Nunciante quodam, Athenienſes exercitum novis armis ornatum in Peloponneſum miſiſſe, *Quid tum poſtea?* inquit, *an gemit Antigenidas novas fiſtulas Telline nacto?*

αὐλοὺς ἔχοντος; ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλις, κάκιστος, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας, κάλλιστος.

κα'. Τὸν δὲ ὑπασπιστὴν αἰσθόμενος εἰληφότα 194
χρήματα πολλὰ παρ' ἀνδρὸς αἰχμαλώτου γεγονότος, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα, σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον ἐν ᾧ καταζήσεις· οὐκέτι γὰρ ἐθέλεις κινδυνεύειν ὁμοίως, εἷς τῶν πλουσίων γεγονὼς καὶ μακαρίων.

κβ'. Ἐρωτηθεὶς δὲ πότερον ἑαυτὸν ἡγεῖται βελτίονα στρατηγὸν ἢ Χαβρίαν ἢ Ἰφικράτην, Δύσκριτον, εἶπεν, ἕως ζῶμεν.

κγ'. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς Λακωνικῆς ὑποστρέψας ἔφευγε θανάτου δίκην μετὰ τῶν συστρατηγῶν, ὡς ἐπιβαλὼν τῇ Βοιωταρχίᾳ παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας, τοὺς μὲν
οὖν ἄρχοντας ἐκέλευεν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν B
ὡς ἐκβιασθέντας, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων λόγους· εἰ δὲ δεῖ τι πάντως εἰπεῖν πρὸς τοὺς δι-

B. 1. οὖν ἄρχοντας] Corrigendum συνάρχοντας, *collegas*, ut vidit Mez. et reddiderunt interpretes Philelph. Raphael. Amiot.

Erant autem tibicines, Antigenidas optimus, Tellis peſſimus.

XXI. Armigerum ſuum comperiens multum pecuniæ accepiſſe a quodam qui captus fuerat: *Proinde*, inquit, *ſcutum tu mihi redde*, *tibique cauponam eme in qua vitam exigas*; *dives enim et unus beatorum factus*, *non voles adhuc pericula adire.*

XXII. Interrogatus, ſene meliorem putaret imperatorem, Chabriam, aut Iphicratem, reſpondit: *Hoc dijudicatu difficile eſt dum vivimus.*

XXIII. Reverſus ex Laconica, capitis poſtulatus eſt, cumque eo reliqui duces. Crimen erat, quod Bœotarchiæ contra leges quatuor prorogaſſet menſes. Tum reliquos duces in ipſum culpam conferre juſſit, tanquam ab eo coactos. Ipſe vero præfatus ſe non dicendo plus quam rebus gerendis valere: Si tamen, ait, omnino aliquid eſt ad judices dicendum, poſtulo

καστὰς, ἀξιοῦν, ἂν ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην, ὅπως οἱ Ἕλληνες εἰδῶσιν ὅτι μὴ βουλομένους Θηβαίους Ἐπαμινώνδας ἠνάγκασε τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι, πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδῄωτον οὖσαν· οἰκῆσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων· συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸν Ἀρκάδας· ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν αὐτονομίαν. Ταῦτα γὰρ ἐπράχθη κατ' ἐκείνην τὴν στρατείαν. Ἐξῆλθον
C οὖν οἱ δικασταὶ σὺν πολλῷ γέλωτι, μηδὲ τὰς ψήφους ἐπ' αὐτὸν ἀναλαβόντες.

κδ'. Ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ μάχῃ τρωθεὶς καὶ κομισθεὶς ἐπὶ σκηνὴν, ἐκάλει Δαΐφαντον, εἶτα μετ' ἐκεῖνον Ἰολλίδαν· τεθνάναι δὲ τοὺς ἄνδρας πυθόμενος, ἐκέλευε διαλύεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, ὡς οὐκ ὄντος αὐτοῖς στρατηγοῦ. Καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν, ὡς εἰδότος ἄριστα τοὺς πολίτας.

B. 8. οἰκῆσαι] Rectius legatur οἰκίσαι: incolis frequentare.

ut ſi me interficitis, inſcribatis damnationem columnæ alicui; ut ſcire poſſint Græci, *Epaminondam Thebanos invitos adegiſſe ad vaſtandam incendiis Laconicam, nihil hoſtile a quingentis annis paſſam, Meſſenemque poſt ducentos et triginta ab excidio annos condendam: et in unum corpus ut redigerent Arcades, ac redderent Græcis liberum ſuarum legum uſum: hæc enim ſunt iſto expeditionis tempore acta.* His auditis judices multo cum riſu diſceſſerunt, non admiſſo ad ſuffragia ferenda populo.

XXIV. Ultima in pugna accepto vulnere in tentorium relatus, Daiphantum vocavit, ac poſt illum Iollidam: quos cum interiiſſe intellexiſſet, ſuaſit ſuis ut pacem cum hoſte componerent, imperatore jam carentes. Verba ejus res comprobavit, ita præclare cives ſuos noverat.

ΠΕΛΟΠΙΔΟΥ.

α΄. Πελοπίδας ὁ συστράτηγος Ἐπαμινώνδου, τῶν φίλων αὐτὸν ἀμελεῖν λεγόντων πράγματος ἀναγκαίου, χρημάτων συναγωγῆς, Ἀναγκαῖα τὰ χρήματα νὴ Δία, εἶπε, τούτῳ Νικομήδει, δείξας χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον.

β΄. Τῆς δὲ γυναικὸς, ἐπὶ μάχην ἐξιόντος αὐτοῦ, δεομένης σώζειν ἑαυτὸν, Ἄλλοις, ἔφη, δεῖν τοῦτο παραι- D νεῖν, ἄρχοντι δὲ καὶ στρατηγῷ, σώζειν τοὺς πολίτας.

γ΄. Εἰπόντος δέ τινος τῶν στρατιωτῶν, ἐμπεπτώκαμεν εἰς τοὺς πολεμίους, Τί μᾶλλον, εἶπεν, ἢ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖνοι;

δ΄. Ἐπεὶ δὲ παρασπονδηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίων τυράννου, καὶ δεθεὶς, κακῶς αὐτὸν ἔλεγεν, εἰπόντος ἐκείνου, Σπεύδεις ἀποθανεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, εἶπεν, ἵνα μᾶλλον ἐπί σε παροξυνθῶσι Θηβαῖοι, καὶ σὺ δίκην δῷς τάχιον.

ε΄. Θήβης δὲ τῆς τοῦ τυράννου γυναικὸς ἐλθούσης πρὸς Πελοπίδαν, καὶ λεγούσης θαυμάζειν ὅτι οὕτως ἱλαρὸς ἐπὶ

PELOPIDÆ.

I. Pelopidas Epaminondæ collega, dicentibus amicis rem eum negligere neceſſariam, pecuniæ ſcilicet conquiſitionem, *Mehercle*, inquit, *pecunia res eſt neceſſaria huicce Nicomedi*, monſtrans hominem claudum et mutilum.

II. Cum exeuntem ad pugnam oraret uxor, ut ſeipſum ſervaret, *Aliis*, inquit, *hoc conſulendum eſt*, *principi autem et imperatori*, *ut cives ſervet.*

III. Quodam militum dicente, Incidimus in hoſtes: *Qui magis*, reſpondit, *quam illi in nos?*

IV. Poſtquam violata fide Alexander Pheræorum tyrannus in vinculis eum captivum tenuit, maledictiſque impetitus ab eo dixit, Acceleras tibi mortem? *Omnino*, inquit, *ut tanto magis irritati Thebani ſupplicium de te ſumant.*

V. Thebæ autem tyranni uxori ad ſe venienti, mirarique dicenti quod ita hilaris

δεδεμένος, Αὐτὸς, ἔφη, μᾶλλον θαυμάζειν ἐκείνην, ὅτι μὴ δεδεμένη ὑπομένει Ἀλέξανδρον.

E ϛ'. Κομισαμένου δ' αὐτὸν τοῦ Ἐπαμινώνδου, Χάριν, εἶπεν, ἔχειν Ἀλεξάνδρῳ, πεπειρᾶσθαι γὰρ ἑαυτοῦ νῦν μάλιστα οὐ μόνον πρὸς πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς θάνατον εὐθαρσῶς ἔχοντος.

ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ΜΑΝΙΟΥ ΚΟΥΡΙΟΥ.

α'. Μάνιος Κούριος, ἐγκαλούντων αὐτῷ τινων ὅτι τῆς αἰχμαλώτου χώρας ὀλίγον ἑκάστῳ μέρος διένειμε, τὴν δὲ πολλὴν ἐποίησε δημοσίαν, ἐπηύξατο, Μηδένα γενέσθαι Ῥωμαίων ὃς ὀλίγην ἡγήσεται γῆν τὴν τρέφουσαν.

F β'. Σαυνιτῶν δὲ μετὰ τὴν ἧτταν ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν, καὶ χρυσίον διδόντων, ἔτυχεν ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδας· ἀπεκρίνατο δὲ τοῖς Σαυνίταις μηδὲν χρυσίου δεῖσθαι τοιοῦτον δεῖπνον δειπνῶν· αὐτῷ δὲ βέλτιον εἶναι τοῦ χρυσίον ἔχειν τὸ κρατεῖν τῶν ἐχόντων.

eſſet in vinculis, *Ego*, inquit, *te multo magis miror, quæ non vincta Alexandrum fers.*

VI. Liberatus Epaminondæ opera, *Gratiam ſe habere Alexandro* dixit: *nunc enim maxime expertum ſe eſſe, non ad bellum modo, ſed etiam ad mortem animo ſe eſſe forti.*

ROMANORUM APOPHTHEGMATA.

MANII CURII.

I. Manius Curius reprehendentibus quibuſdam quod de agro bello capto parvam ſingulis portionem attribuiſſet, maximam publicaſſet: optavit *ne quis foret Romanorum, qui exiguum agrum putaret quo aleretur.*

II. Samnites accepta clade ad eum venerunt aurum offerentes: elixabat autem tum forte rapas in olla. Reſpondit itaque iis, *Nihil opus auro eſſe qui ſic cœnaret: ſibique utilius eſſe imperare aurum poſſidentibus, quam aurum poſſidere.*

ΓΑΙΟΥ ΦΑΒΡΙΚΙΟΥ.

α'. Γάϊος Φαβρίκιος τὴν ὑπὸ Πύρρου Ῥωμαίων ἧτταν πυθόμενος, Λαβινίῳ εἶπε, Πύρρος οὐκ Ἠπειρῶται Ῥωμαίους νενικήκασιν.

β'. Ἐλθὼν δὲ πρὸς Πύρρον περὶ λύσεως αἰχμαλώτων, χρυσίον μὲν πολὺ διδόντος, οὐκ ἔλαβε· τῇ δ' 19
ὑστεραίᾳ τὸν μέγιστον ἐλέφαντα, τοῦ Πύρρου παρακελεύσαντος ἐξόπισθεν ἀγνοοῦντι τῷ Φαβρικίῳ ῥήξαντα φωνὴν ἐπιφανῆναι· καὶ τούτου γενομένου, ἐπιστραφεὶς ὁ Φαβρίκιος καὶ μειδιάσας, Ἐμὲ μὲν, εἶπεν, οὔτε τὸ χρυσίον ἐχθὲς, οὔτε σήμερον τὸ θηρίον ἐξέπληξε.

γ'. Τοῦ δὲ Πύρρου παρακαλοῦντος αὐτὸν εἶναι σὺν αὐτῷ καὶ τὴν μετ' αὐτὸν ἔχειν ἡγεμονίαν, Οὐδὲ σοί, ἔφη, τοῦτο λυσιτελές ἐστιν· Ἠπειρῶται γὰρ ἐὰν ἀμφοτέρους γνῶσιν ἡμᾶς, ὑπ' ἐμοῦ βασιλεύεσθαι μᾶλλον ἢ σοῦ ἐθελήσουσιν.

δ'. Ὑπατεύοντι δὲ τῷ Φαβρικίῳ προσέπεμψεν ἐπιστολὴν ὁ τοῦ Πύρρου ἰατρὸς, ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν κε- B
λεύῃ, φαρμάκοις τὸν Πύρρον ἀποκτενεῖν· ὁ δὲ Φαβρίκιος

CAII FABRICII.

I. Caius Fabricius audito Romanos a Pyrrho victos, Lævino dixit, *Non Epirotæ Romanos, ſed Pyrrhus vicit.*

II. Cum liberandorum captivorum gratia ad Pyrrhum veniſſet, multum ab eo auri oblatum non accepit. Poſtridie Pyrrhus curavit, ut maximus elephas Fabricio ignoranti a tergo ſtatueretur et vocem ederet. Quod ubi factum eſt, converſus Fabricius, ſubridenſque, *Me*, inquit, *neque aurum heri, neque bellua hodie perculit.*

III. Hortanti Pyrrho, ut ſecum maneret, proximoque a ſe loco imperaret: *Hoc*, ait, *ne tibi quidem conduceret*; *nam ſi me Epirotæ noſſent, a me mallent quam a te regi.*

IV. Conſulatum gerenti Fabricio Pyrrhi medicus per epiſtolam promiſit, ſe jubente ipſo Pyrrhum veneno necaturum. Eam epiſtolam Fabrici-

τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Πύῤῥον ἔπεμψεν, αἰσθέσθαι κελεύσας ὅτι καὶ φίλων κάκιστος ἐστὶ κριτὴς καὶ πολεμίων.

ε'. Ἐπεὶ δὲ φωράσας τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Πύῤῥος, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκρέμασε, τῷ δὲ Φαβρικίῳ τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀπέδωκεν, οὐκ ἐδέξατο δωρεὰν, ἀλλ' ἴσους ἀντέδωκε, μὴ δόξῃ λαμβάνειν μισθόν· οὐδὲ γὰρ χάριτι Πύῤῥου μεμηνυκέναι τὴν ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὅπως μὴ δοκῶσι Ῥωμαῖοι δόλῳ κτείνειν, ὡς φανερῶς νικᾷν οὐ δυνάμενοι.

C

ΦΑΒΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

α'. Φάβιος Μάξιμος Ἀννίβᾳ μάχεσθαι μὴ βουλόμενος, ἀλλὰ τρίβειν χρόνῳ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ χρημάτων ἐνδεᾶ καὶ σιτίων οὖσαν, ἐπηκολούθει διὰ τῶν τραχέων καὶ ὀρεινῶν ἀντιπαρεξιών· καταγελώντων δὲ τῶν πολλῶν καὶ παιδαγωγὸν Ἀννίβα καλούντων, μικρὰ φροντίζων ἐχρῆτο τοῖς αὐτοῦ λογισμοῖς· καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἔλεγεν, Ὅτι τὸν σκώμματα φοβούμενον καὶ λοιδορίας, δειλότερον ἡγεῖται τοῦ φεύγοντος τοὺς πολεμίους.

us Pyrrho miſit, juſſitque animadvertere, *peſſime ipſum et de amicis judicare et de inimicis.*

V. Cumque inſidiis cognitis Pyrrhus medicum ſuſpendiſſet, et Fabricio captivos gratis reddidiſſet, non accepit hos ea conditione Fabricius, ſed totidem captivos reddidit ne mercedem beneficii accipere videretur, non gratia aliqua in Pyrrhum collati, ſed ne putarentur Romani dolo interficere tanquam aperto Marte vincere non valentes.

FABII MAXIMI.

I. Fabius Maximus nolens cum Annibale prœlio congredi, ſed copias ejus meditatus tempore atterere, pecuniæ et commeatus inopes, ſectabatur hoſtem per aſpera et montoſa ab altera parte ducens: ridentibuſque multis et pædagogum Annibalis eum dictitantibus, contemptis dicteriis ſua ſequebatur conſilia, et amicis dicebat, *qui maledicta et convicia metueret, hunc ſibi timidiorem exiſtimari eo qui hoſtes fugiat.*

β'. Ἐπεὶ δὲ τοῦ συνάρχοντος Μινουκίου καταβαλόντος τινὰς τῶν πολεμίων, πολὺς ἦν λόγος ὡς ἀνδρὸς ἀξίου τῆς Ῥώμης, Μᾶλλον ἔφη τὴν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἀτυ- D
χίαν τοῦ Μινουκίου φοβεῖσθαι. Καὶ μετὰ μικρὸν ἐνέδρᾳ περιπεσόντος, κινδυνεύοντος ἀπολέσθαι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, ἐπιβοηθήσας, τῶν τε πολεμίων πολλοὺς διέφθειρε, κἀκεῖνον ἔσωσεν. Ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας εἶπε πρὸς τοὺς φίλους, Οὐ πολλάκις ὑμῖν προὔλεγον ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῶν ὀρῶν νεφέλην, ὅτι χειμάσει ποτὲ ἐφ' ἡμᾶς;

γ'. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Κάνναις ἀτυχίαν τῆς πόλεως, ἄρχων καταςαθεὶς μετὰ Κλαυδίου Μαρκέλλου τόλμαν ἔχοντος ἀνδρὸς, καὶ φιλομαχοῦντος ἀεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸς ἤλπιζεν, εἰ μηδεὶς μάχοιτο, ταχὺ τὴν δύναμιν τοῦ Ἀννίβα παρατεινομένην ἀπαγορεύσειν· ἔλεγεν E
οὖν ὁ Ἀννίβας, Ὅτι μᾶλλον φοβεῖται Μαρκέλλου μαχομένου Φάβιον μὴ μαχόμενον.

δ'. Στρατιώτου δέ τινος Λευκανοῦ κατηγορηθέντος πρὸς αὐτὸν ὡς νύκτωρ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου πλανῷτο

II. Cum autem collega ipſius Minucius quibuſdam hoſtium dejectis in omnium eſſet ore, virque Roma dignus ferretur, dixit Fabius, *Magis ſe a proſpero Minucii quam adverſo eventu aliquid timere mali.* Eundem paulo poſt in inſidias delapſum, ac de ſua et exercitus ſalute in ſummo verſantem periculo, ſubveniens ipſe magna cum ſtrage hoſtium ſervavit. Itaque Annibal ad amicos dicebat: *Nonne prædixi vobis, a nubecula iſta montibus inſidente tempeſtatem aliquando in nos erupturam?*

III. Poſt Cannenſem cladem conſul creatus Claudio Marcello collega, homine audace, atque identidem cum Annibale prœliari ſtudente, ipſe ſperabat nemine pugnante mox exercitum Annibalis mora enervatum animos deſponſurum. Itaque dicebat Annibal, *magis ſe a non pugnante Fabio, quam pugnante Marcello ſibi timere.*

IV. Erat apud Fabium delatus Lucanus quidam miles, qui ob amorem mulierculæ

πολλάκις ἐρῶν γυναικός, τὰ δὲ ἄλλα θαυμαστὸν ἐν τοῖς ὅπλοις πυνθανόμενος εἶναι τὸν ἄνδρα, συλλαβεῖν ἐκέλευσε τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ κρύφα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν·
F ὡς δὲ ἤχθη, μεταπεμψάμενος τὸν ἄνθρωπον, Οὐ λέληθας, ἔφη, παρὰ τὸν νόμον ἀπονυκτερεύων· ἀλλ' οὐδὲ χρηστὸς ὢν πρότερον ἐλελήθεις· τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις, τὸ δὲ λοιπὸν ἔσῃ μεθ' ἡμῶν· ἔχω γὰρ ἐγγυητήν· καὶ προαγαγὼν συνέστησεν αὐτῷ τὸ γύναιον.

έ. Ταραντίνους δὲ κατέχοντα φρουρᾷ τὸν Ἀννίβαν πλὴν τῆς ἀκροπόλεως, ἀπαγαγὼν πορρωτάτω δι' ἀπάτης, καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν καὶ διαρπάσας, τοῦ γραμματέως ἐπερωτήσαντος τί περὶ τῶν ἱερῶν ἔγνωκεν ἀγαλμάτων, Ἀπολείπωμεν, ἔφη, Ταραντίνοις τοὺς θεοὺς κεχολωμένους.

ϛ'. Μάρκου δὲ Λιβίου τοῦ τὴν ἀκρόπολιν φρουροῦντος δι' ἑαυτὸν ἑαλωκέναι τὴν πόλιν λέγοντος, οἱ μὲν ἄλλοι
96 κατεγέλων, ὁ δὲ Φάβιος εἶπεν, Ἀληθῆ λέγεις· εἰ γὰρ

cujuſdam frequenter noctu a caſtris evagaretur. Hunc cum alioqui in armis admiranda eſſe virtute inaudiviſſet, capi occulte atque ad ſe afferri mulierculam juſſit: adductaque ea vocato ad ſe reo: *Deprehenſum eſt*, ait, *noctu te a caſtris contra leges abeſſe, ſed ne hoc quidem me fefellit, ſtrenuum te ante fuiſſe: meritis igitur peccata tuis tua condonata ſunto, in poſterum autem nobiſcum eris: habeo enim fidejuſſorem:* ſimulque productam ei tradidit amicam.

V. Tarentum, quod præſidio tenebatur ab Annibale, abducto per fallaciam hoſte quam longiſſime, recepit ac diripuit: ſcribæque interroganti quid de ſacris ſimulachris ſtatuiſſet, *Relinquamus*, ait, *Tarentinis deos iratos.*

VI. Cum autem Marcus Livius, qui Tarentinam arcem præſidio tutabatur, ſua opera eum Tarento potitum diceret: aliis deridentibus, *Vera*, inquit Fabius, *dicis: niſi*

μὴ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ ἀνέλαβον.

ζʹ. Ἤδη δὲ πρεσβύτερος ὢν ὑπατεύοντος τοῦ υἱοῦ, καὶ χρηματίζοντος ἐν δημοσίῳ πολλῶν παρόντων, ἀναβὰς ἐφ' ἵππου προῄει· πέμψαντος δὲ τοῦ νεανίσκου ῥαβδοῦχον, καὶ καταβῆναι κελεύσαντος, οἱ μὲν ἄλλοι διετράπησαν, αὐτὸς δὲ ὁ Φάβιος ἀποπηδήσας τοῦ ἵππου προσέδραμε παρ' ἡλικίαν, καὶ περιβαλὼν τὸν υἱὸν, Εὖγε, εἶπεν, ὦ παῖ φρονεῖς, αἰσθόμενος τίνων ἄρχεις, καὶ πηλίκης ἀρχῆς μέγεθος παρείληφας.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ. B

αʹ. Σκιπίων δὲ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῶν στρατηγιῶν καὶ τῆς πολιτείας σχολὴν ἐν γράμμασι διατριβὴν ποιούμενος, ἔλεγεν, Ὁπότε σχολάζοι πλείονα πράττειν.

βʹ. Ἐπεὶ δὲ Καρχηδόνα κατὰ κράτος εἷλε, καὶ τῶν στρατιωτῶν τινες αἰχμάλωτον λαβόντες εὐπρεπῆ παρ-

A. 6. προῄει] Legendum προσῄει, ut in Vita Fabii Max. p. 188. A.

enim tu urbem amiſiſſes, nunquam ego recepiſſem.

VII. Senectute jam ingraveſcente, cum filius ejus conſul in publico magna hominum frequentia officio fungeretur, conſcenſo equo ad eum adivit: cumque filius miſſo lictore deſcendere eum ex equo juſſiſſet, reliquis pudore affectis deſiluit ex equo, et contentiore quam ætas ferret impetu accurrit ad filium, amplexuſque eum, *Recte*, inquit, *ſapis fili, ſentiens quibus præſis, et quantam imperii majeſtatem adeptus ſis.*

SCIPIONIS MAJORIS.

I. Scipio Major quod otii a gerendis imperiis et republica erat, litterarum ſtudiis inſumens, dicebat, *In otio ſe plura quam alias agere.*

II. Cum vi expugnaſſet Carthaginem, ac milites quidam captam virginem eleganti

θένον, ἧκον κομίζοντες, αὐτῷ τε ἐδίδοσαν, Ἡδέως ἂν ἔφη, ἔλαβον, εἴπερ ἦν ἰδιώτης καὶ μὴ ἄρχων.

γʹ. Πολιορκῶν δὲ πόλιν Βαθείαν ἧς ὑπερεφαίνετο ναὸς Ἀφροδίτης, ἐκέλευσεν, Ἐκεῖ τὰς ἐγγύας ὁμολογεῖν, ὡς εἰς τρίτην ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀκου-
C σόμενος τῶν διαδικούντων· καὶ τοῦτ᾽ ἐποίησεν ὡς παρεῖπε τῆς πόλεως ἁλούσης.

δʹ. Πυνθανομένου δέ τινος ἐν Σικελίᾳ, τίνι πεποιθὼς ἐπὶ Καρχηδόνα μέλλει τὸν στόλον περαιοῦν, δείξας αὐτῷ ἐνόπλους ἄνδρας τριακοσίους γυμναζομένους, καὶ πύργον ὑψηλὸν ὑπὲρ θαλάττης, Οὐθεὶς τούτων, ἔφη, ἐστὶν ὅστις ἐπὶ τὸν πύργον ἀναβὰς τοῦτον, οὐκ ἂν ἑαυτὸν ῥίψειεν ἐπὶ κεφαλὴν, ἐμοῦ κελεύσαντος.

εʹ. Ἐπεὶ δὲ διαβὰς τῆς τε γῆς ἐκράτει, καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν πολεμίων κατέκαυσεν, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πέμψαντες ἐποιοῦντο συνθήκας, τά τε θηρία καὶ τὰς
D ναῦς καὶ τὰ χρήματα δώσειν ὁμολογήσαντες· Ἀννίβου

forma ipſi adducerent atque offerrent: *Perlibenter*, inquit, *accepiſſem, ſi privatus, neque cum imperio eſſem.*

III. Cum oppugnaret urbem Batheiam, ſupra quam extabat templum Veneris, vadimonia juſſit eo promitti: nimirum tertia poſt die de cauſis cogniturus litigantium in illo Veneris templo. Pollicitum implevit, urbe ea capta.

IV. Interrogatus in Sicilia a quodam, qua re fretus auderet exercitum in Africam adverſus Carthaginenſes trajicere: demonſtravit ei trecentos viros qui in armis exercebantur, turrimque ad mare excelſam: hocque addidit: *Nullus horum eſt qui non me jubente ſit conſcenſa hac turri præcipitem ſeſe in mare dejecturus.*

V. Idem cum perveniſſet quo intenderat, occupaſſetque regionem, et caſtra hoſtium combuſſiſſet, Carthaginenſeſque miſſis legatis pacem his conditionibus componerent, ut ſe belluas, naves, pecuniamque, daturos promitterent: iidem

δὲ καταπλεύσαντος ἐξ Ἰταλίας, μετεμέλοντο ταῖς ὁμολογίαις διὰ τὸ θαῤῥεῖν· πυθόμενος δὲ ὁ Σκιπίων, ἔφη, Μηδὲ βουλομένοις αὐτοῖς ἔτι τὰς σπονδὰς φυλάξειν, ἂν μὴ τάλαντα πεντακισχίλια προσεκτίσωσιν, ὅτι μετεπέμψαντο τὸν Ἀννίβαν.

ϛʹ. Ἐπεὶ δὲ νικηθέντες οἱ Καρχηδόνιοι κατὰ κράτος, περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς αὐτόν, ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀπιέναι τοὺς ἥκοντας, ὡς οὐκ ἀκουσόμενος πρότερον αὐτῶν ἢ Λεύκιον Τερέντιον ἀγάγωσιν· ἦν δὲ Ῥωμαῖος ὁ Τερέντιος, ἐπιεικὴς ἀνήρ, γεγονὼς αἰχμάλωτος ὑπὸ Καρχηδονίων· ἐπεὶ δὲ ἧκον ἄγοντες E
τὸν ἄνδρα, καθίσας ἐν τῷ συμβουλίῳ παρ' αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὕτως ἐχρημάτισε τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ κατέλυσε τὸν πόλεμον.

ζʹ. Ὁ δὲ Τερέντιος ἐπηκολούθησεν αὐτῷ θριαμβεύοντι πίλιον ἔχων, ὥσπερ ἀπελεύθερος· ἀποθανόντος δὲ, τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγινομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι, καὶ τὰ ἄλλα περὶ τὴν ταφὴν ἐφιλοτιμήθη. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

vero, Annibale ex Italia advecto reſumptis animis pactorum ducerentur pœnitentia, intellecta re Scipio dixit, Se pactis jam non ſtaturum, niſi addant quinque millia talentorum propter accitum Annibalem.

VI. Deinde illis devictis, ac legatos mittentibus qui pacem et pacta ambirent, ſtatim eos juſſit diſcedere, auditurum ſe eos negans ante, quam Lucium Terentium adducerent. Erat autem Lucius ille Terentius vir bonus, captus a Carthaginenſibus, quem poſtquam adduxerunt, eo in tribunali pone ſe collocato, ita demum Carthaginenſibus reſponſa dedit, pacificationemque confecit.

VII. Atque huic Scipioni triumphanti comitavit Terentius pileum gerens tanquam libertus: et iis qui funeri adfuerunt Scipionis efferendo, vinum melle mulſum propinavit, reliquaque juſta liberali ſtudio perſolvit. Sed hæc poſterioribus acta ſunt temporibus.

η'. Ἀντιόχου δὲ τοῦ βασιλέως μετὰ τὸ διαβῆναι Ῥωμαίους ἐπ' αὐτὸν, εἰς Ἀσίαν πέμψαντος πρὸς Σκι-
F πίωνα περὶ διαλύσεως, Ἔδει πρότερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν, ὁπότε καὶ τὸν χαλινὸν καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι.

θ'. Χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμιείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη, Καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν, πλησθέντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον.

ι'. Παιτιλίου δὲ καὶ Κοΐντου πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων, εἰπὼν, Ὅτι τῇ σήμερον ἡμέρᾳ Καρχηδονίους καὶ Ἀννίβαν ἐνίκησεν, αὐτὸς μὲν ἔφη στεφανωσάμενος ἀναβαίνειν εἰς τὸ Καπετώλιον θύσων, τὸν δὲ βουλόμενον τὴν ψῆφον ἐκέλευσε φέρειν περὶ αὐτοῦ· καὶ
197 ταῦτα εἰπὼν, ἀνέβαινεν· Ὁ δὲ δῆμος ἐπηκολούθησεν τοὺς κατηγόρους ἀπολιπὼν λέγοντας.

ΤΙΤΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ.

α'. Τίτος Κοΐντος οὕτως ἦν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐπιφα-

A. 3. Κοΐντου] Melius Κοϊντίου et mox Κοΐντιος, ut Mez.

VIII. Cum rex Antiochus, jam Romanis in Aſiam contra ipſum tranſvectis de componenda pace miſiſſet ad ipſum, reſpondit, *hoc prius faciendum fuiſſe, non jam, ubi frænum ſeſſoremque rex receperit.*

IX. Decreverat ſenatus, ut ex ærario ei pecunia daretur: hoc cum quæſtores illa die nollent aperire, ſeipſum aperturum dixit: *ſe enim, qui id pecunia impleviſſet, in cauſa fuiſſe cur clauderetur.*

X. Gravibus criminibus accuſatus apud populum a duobus Pætilliis, Hac ipſa, inquit, die Carthaginienſes et Annibalem devici: itaque nunc coronatus adſcendo ad Capitolium, rem ibi ſacram facturus: qui volunt, de me ferant ſuffragia: atque hæc locutus, adſcendit, ſequente populo deſtitutiſque qui ipſum accuſabant.

TITI QUINCTII.

I. Titus Quinctius Flamininus ita fuit mature illuſtris,

νὴς, ὥστε πρὸ δημαρχίας καὶ στρατηγίας καὶ ἀγορανομίας, ὕπατος αἱρεθῆναι. Πεμφθεὶς δὲ στρατηγὸς ἐπὶ Φίλιππον, εἰς λόγους ἐπείσθη συνελθεῖν αὐτῷ· τοῦ δὲ Φιλίππου λαβεῖν ὁμήρους ἀξιοῦντος, ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἶναι μετὰ πολλῶν, Ῥωμαίοις, ἑαυτὸν δὲ μόνον Μακεδόσι· Σὺ γὰρ μόνον, ὁ Κοΐντος ἔφη, ἑαυτὸν ἐποίησας, ἀποκτείνας τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς.

β΄. Νικήσας δὲ μάχῃ τὸν Φίλιππον, ἐκήρυξεν ἐν Ἰσθμίοις ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφίησιν. Ὅσοι δὲ Ῥωμαίων αἰχμάλωτοι γενόμενοι ἐν τοῖς κατ' Ἀννίβαν χρόνοις ἐδούλευον παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τούτων ἕκαστον οἱ Ἕλληνες ἐξωνησάμενοι δραχμῶν πεντακοσίων, δωρεὰν ἔδωκαν αὐτῷ, κἀκεῖνοι θριαμβεύοντι συνηκολούθησαν ἐν Ῥώμῃ, πίλια περὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐλευθερωθεῖσι. B

γ΄. Τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ἐπὶ τὴν Ζακυνθίων νῆσον διανοουμένους στρατεύειν ἐκέλευε, φυλάττεσθαι μή, καθάπερ

ut nondum obitis tribunatu plebis, prætura, atque ædilitate, tamen conſul renunciaretur. Imperator miſſus adverſus Philippum, perſuaderi ſibi paſſus eſt, ut cum eo in colloquium veniret: cumque Philippus obſides peteret, quod illum multis ſtipatum Romanis, ſe cum paucis adeſſe videret Macedonibus, ita reſpondit: *Hanc tu circa te ſolitudinem ipſe effeciſti, amicis cognatiſque interficiendis.*

II. Victo pugna Philippo, in conventu Iſthmico præconis voce omnes Græcos liberos et facultate ſuis legibus utendi donatos pronunciavit. Quotquot autem Romanorum Annibalici belli tempore capti apud Græcos ſerviebant, horum unumquemque quingentis denariis redemptum Achæi, univerſos ei dono dederunt, iique Romæ triumphum ducentis currum ſunt ſecuti, pileos in capitibus geſtantes, qui mos fuit libertatem e ſervitute conſecutorum.

III. Achivos bellum inferre Zacyntho molientes, monuit ne inſtar teſtudinum prolato extra Peloponneſum teſtam ſu-

C αἱ χελῶναι, τὴν κεφαλὴν προτείναντες ἔξω τῆς Πελοποννήσου κινδυνεύσωσιν.

δ'. Ἀντιόχου δὲ τοῦ βασιλέως μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἥκοντος εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πάντων ἐκπεπληγμένων τὰ πλήθη καὶ τοὺς ὁπλισμοὺς, λόγον εἶπε τοιοῦτον πρὸς τοὺς Ἀχαιούς· ἔφη γὰρ ἐν Χαλκίδι παρὰ τῷ ξένῳ δειπνῶν θαυμάζειν τὸ τῶν κρεῶν πλῆθος· εἰπεῖν δὲ τὸν ξένον ὅτι ταῦτα πάντα χοίρειά ἐστιν, ἡδύσμασι καὶ σκευασίαις διαφέροντα· Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, ἔφη, θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν δύναμιν, λογχοφόρους καὶ καταφράκτους καὶ πεζεταίρους καὶ ἀφιπποτοξότας ἀκού-
D οντες· πάντες γάρ εἰσιν οὗτοι Σύροι ὁπλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες.

ε'. Φιλοποίμενι δὲ τῷ στρατηγῷ τῶν Ἀχαιῶν ἱππεῖς μὲν πολλοὺς καὶ ὁπλίτας ἔχοντι, χρημάτων δὲ οὐκ εὐποροῦντι, προσπαίζων ἔλεγεν ὅτι, Χεῖρας ἔχει Φιλοποίμην καὶ σκέλη, γαστέρα δὲ οὐκ ἔχει. Καὶ γὰρ καὶ τῇ φύσει τοῦ σώματος ἦν ὁ Φιλοποίμην τοιοῦτος.

am capite periculo ſeſe exponant.

IV. Quo tempore Antiochus magno cum exercitu in Græciam contendebat, omnibus ob multitudinem et armaturam metu perculſis, ad Achæos hujuſmodi fabulam recitavit: Se Chalcide apud hoſpitem in cœna quadam miratum fuiſſe multitudinem carnium: hoſpitem vero ſibi dixiſſe, omnes eas carnes ſuillas eſſe, condimentiſque duntaxat et apparatione differre: ita ipſos quoque non debere regis copias admirari, quod nominari audiant lancearios, cataphractos, pedeſtres, ſagittarios equeſtres; omnes enim iſtos Syros eſſe, armaturæ neſcio quibus modis differentes.

V. Philopœmeni Achæorum prætori, multis equitibus ac gravis armaturæ militibus inſtructo, pecuniæ autem inopi, illudens, Manus eum aiebat habere et crura, ſed ventre carere. Nam et corporis eo habitu erat Philopœmen.

ΓΑΙΟΥ ΔΟΜΙΤΙΟΥ.

Γάϊος Δομίτιος, ὃν Σκιπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ
τῷ ἀδελφῷ Λουκίῳ παρακατέστησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀν-
τίοχον πολέμῳ κατασκεψάμενος τὴν τῶν πολεμίων φά-
λαγγα, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἡγεμονικῶν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν E
κελευόντων, ἔφη, Τὴν ὥραν οὐκ ἐπαρκεῖν ἵνα τοσαύτας
μυριάδας κατακόψαντες, καὶ διαρπάσαντες τὴν ἀπο-
σκευὴν, ἐπανελθόντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἑαυτῶν ἐπιμελη-
θῶσι, τὸ δὲ, αὐτὸ ποιήσειν αὔριον καθ' ὥραν. Καὶ συμβα-
λὼν τῇ ὑστεραίᾳ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνεῖλεν.

ΠΟΠΛΙΟΥ ΛΙΚΙΝΙΟΥ.

Πόπλιος Λικίνιος ὕπατος στρατηγὸς ἡττηθεὶς ὑπὸ
Περσέως τοῦ Μακεδόνων βασιλέως ἱππομαχίᾳ, δισχιλίους
ὀκτακοσίους ἀπέβαλε, τοὺς μὲν, πεσόντας, τοὺς δὲ, ἁλόν- F
τας· ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν μάχην ἔπεμψεν ὁ Περσεὺς πρέσ-
βεις περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης, ἐκέλευεν ὁ νενικημένος τὸν
νενικηκότα Ῥωμαίοις ἐπιτρέπειν τὰ καθ' αὐτόν.

D. 8. Γαΐου] Melius Γναίου et mox Γναῖος, ut Mez.
E. 3. ἀποσκευὴν] Sic Voſſ. T. P. Vulgo παρασκευήν.

CNEI DOMITII.

Cneus Domitius, quem Scipio Major pro ſe adjunxit Lucio Scipioni in bello contra Antiochum, ut hoſtium exercitum exploraret, ducibus quos ſecum habebat ſtatim adoriri hoſtes jubentibus, non eſſe ſatis temporis reſpondit ad tam multa hoſtium millia occidendum, direptiſque eorum impedimentis in caſtra redeundum et curandum corpora: cras hoc ſe tempeſtive facturum. Poſtridie commiſſo prœlio quinquaginta millia hoſtium interfecit.

PUBLII LICINII.

Publius Licinius conſul victus a Perſeo rege equeſtri prœlio amiſerat duo millia et octingentos viros partim occiſos partim captos: cum autem poſt pugnam Perſeus legatos ad ipſum de pacificatione miſiſſet, reſpondit victus victori, debere eum ſuas res arbitratui Romanorum permittere.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΜΥΛΙΟΥ.

α'. Παῦλος Αἰμύλιος δευτέραν ὑπατείαν μετελθὼν, ἀπέτυχεν· ἐπεὶ δὲ τοῦ πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας πολέμου μῆκος λαμβάνοντος, ἀπειρίᾳ καὶ μαλακίᾳ τῶν στρατηγῶν, ἐκεῖνον ὕπατον ἀπέδειξαν, Οὐκ ἔφη χάριν ἔχειν αὐτοῖς· οὐ γὰρ αὐτὸς ἀρχῆς δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἄρχοντος, ᾑρῆσθαι στρατηγός.

β'. Ἐλθὼν δὲ εἰς οἶκον ἐξ ἀγορᾶς, καὶ τὴν Τερτίαν τὸ θυγάτριον εὑρὼν δεδακρυμένον ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν.
198 Εἰπούσης δὲ ὅτι Περσεὺς τέθνηκεν ἡμῖν (κυνίδιον δ' ἦν οὕτως ὀνομαζόμενον)· Ἀγαθῇ τύχῃ, εἶπεν, ὦ θύγατερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνόν.

γ'. Εὑρὼν δὲ ἐπὶ στρατοπέδου πολλὴν θρασύτητα καὶ λαλίαν παραστρατηγούντων καὶ πολυπραγμονούντων, ἐκέλευεν, Ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ ποιεῖν ὀξείας τὰς μαχαίρας μόνον, αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων μελήσειν.

δ'. Τὰς δὲ νυκτερινὰς φυλακὰς ἐκέλευεν φυλάσσειν ἄνευ λόγχης καὶ ξίφους, ὅπως ἀμύνασθαι τοὺς

PAULI ÆMILII.

I. Paulus Æmilius ſecundum petens conſulatum, repulſam tulit. Bello autem contra Perſeum et Macedones moram trahente ob ducum imperitiam et mollitiem, conſul creatus, negavit ſe populo gratiam habere: non enim ſe honorem requiſiviſſe, ſed eum ſibi inopia imperatoris alterius delatum eſſe.

II. A foro domum reverſus, Tertiam filiolam flentem reperit, cauſamque ei quærenti ea reſpondit, Perſeum (catellum hoc nomine habuerat) mortuum eſſe: *Accipio*, inquit, *fauſtum hoc omen.*

III. In exercitu cum inveniret multum ferociæ ac garrulitatis, in imperatoris officia militibus ſeſe ingerentibus, ac curioſe multa agentibus, *Quieſcere eos juſſit, ac gladios modo acuere: ſibi reliqua curæ fore.*

IV. Excubias ſine gladio et haſta juſſit peragi, ut eo magis ſomnum vitarent, quia ſpes

πολεμίους ἀπεγνωκότες, μᾶλλον διαμαχοῦνται πρὸς τὸν ὕπνον.

ε'. Ἐμβαλὼν δὲ διὰ τῶν ἄκρων εἰς Μακεδονίαν, καὶ συντεταγμένους ἰδὼν τοὺς πολεμίους, τοῦ Νασικᾶ παρακαλοῦντος αὐτὸν εὐθὺς ἐπιχειρεῖν, Εἴγε τὴν σὴν, B
εἶπεν, ἡλικίαν εἶχον· αἱ δὲ πολλαί με πεῖραι κωλύουσιν ἐκ πορείας πρὸς φάλαγγα συντεταγμένην μάχεσθαι.

ς'. Νικήσας δὲ τὸν Περσέα καὶ τὰς ἐπινικίους ποιούμενος ἑστιάσεις, ἔλεγε, Τῆς αὐτῆς ἐμπειρίας εἶναι στράτευμα φοβερώτερον πολεμίοις, καὶ συμπόσιον ἥδιστον φίλοις παρασχεῖν.

ζ'. Τοῦ δὲ Περσέως αἰχμαλώτου γενομένου, καὶ παραχρουομένου τὸν θρίαμβον, Ἐπὶ σοί, εἶπε, τοῦτ' ἔστιν· ἐξουσίαν διδοὺς αὐτῷ ἑαυτὸν ἀνελεῖν.

η'. Χρημάτων δὲ ἀπείρων εὑρεθέντων, αὐτὸς μὲν οὐκ ἔλαβε· τῷ δὲ γαμβρῷ Τουβέρωνι φιάλην ἀργυρᾶν, ὁλκῆς C

B. 5. τῆς αὐτῆς ἐμπειρίας] αὐτῆς addidi ex Voſſ. Mez. Jun. T. P.
B. 8. παραχρουομένου] Rectius erat παραιτουμένου ut in Vita Æmil. Paul. p. 273. D. et ſic fere reddiderunt Interpretes.

adverſus hoſtem ſe defendendi omnis adempta erat.

V. Cum per montium extremitates in Macedoniam perveniſſet, hoſtiumque videret inſtructam aciem, Naſicæ hortanti ut ſtatim eos aggrederetur, *Facerem*, inquit, *ſi tua eſſem ætate: ſed me diuturna experientia docuit non inire pugnam ex itinere adverſus exercitum ſuis diſpoſitum ordinibus.*

VI. Victo Perſeo cum pro gratulatione victoriæ convivia exhiberet, *Ejuſdem* dicebat *eſſe peritiæ exercitum hoſtibus valde terribilem, et amicis convivium admodum jucundum reddere.*

VII. Cum Perſeus captus duci in triumpho recuſaret, *In tua*, inquit, *hoc eſt poteſtate.* Nimirum ei facultatem conſciſcendæ necis largiens.

VIII. Potitus innumera pecunia, nihil quicquam de ea ipſe accepit, genero duntaxat ſuo Tuberoni pateram argenteam quinque pondo appen-

πέντε λιτρῶν, ἀριστεῖον ἔδωκε. Καὶ τοῦτό φασι πρῶτον εἰς τὸν Αἰμυλίων οἶκον εἰσελθεῖν κειμήλιον ἀργυροῦν.

θ'. Τεσσάρων δὲ παίδων ἀῤῥένων αὐτῷ γεγονότων, δύο μὲν πρότερον ἐτύγχανεν ἐκδεδωκὼς ἑτέροις θέσθαι· δυοῖν δὲ ὄντων ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὁ μὲν ἡμέραις πέντε πρὸ τοῦ θριάμβου, τεσσαρεσκαίδεκα γεγονὼς ἔτη, ἀπέθανεν, ὁ δὲ ὕστερον πέντε τοῦ θριάμβου, δωδεκαέτης· προελθὼν δὲ, τοῦ δήμου συναλγοῦντος αὐτῷ καὶ συμπενθοῦντος, Νῦν,

D ἔφη, περὶ τῆς πατρίδος ἀδεὴς γεγονέναι καὶ ἀκίνδυνος, ὁπότε τὴν τῶν εὐτυχημάτων νέμεσιν εἰς τὸν οἶκον ἀπερεισαμένης τῆς τύχης, ὑπὲρ πάντων αὐτὸς ἀναδέδεκται.

ΚΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ.

α'. Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ δήμῳ τῆς ἀσωτίας καὶ πολυτελείας καθαπτόμενος εἶπεν, Ὡς χαλεπόν ἐστι λέγειν πρὸς γαστέρα ὦτα μὴ ἔχουσαν.

β'. Θαυμάζειν δὲ πῶς σώζεται πόλις ἐν ᾗ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς ἢ βοῦς.

dentem virtutis præmium eximium dedit. Quam primam argenteam ſuppellectilem in Æmiliam domum veniſſe ferunt.

IX. De quatuor filiis ſuis jam ante duos adoptandos tradiderat: reliquorum quos domi ſuæ retinuerat alter quinque ante triumphum diebus vitam cum morte commutavit, annos natus quatuordecim, alter quinto poſt triumphum die, anno ætatis duodecimo. Progreſſus in publicum, populo calamitatem ejus lugente, *Nunc*, inquit, *patriæ metuere demum deſino, poſtquam fortuna quæ felicitatem calamitatibus ſolet compenſare, in meam incubuit domum, ejuſque clade proſperos reipublicæ ſucceſſus ulta eſt.*

CATONIS MAJORIS.

I. Cato Major ad populum verba faciens, intemperantiam ejus et luxum perſtringens aiebat, *Difficile eſt loqui ad ventrem auribus carentem.*

II. Dicebat *mirari ſe, quomodo ſalva poſſit eſſe urbs, in qua pluris vendatur piſcis quam bos.*

γʹ. Λοιδορῶν δέ ποτε τὴν ἐπιπολάζουσαν γυναι-
κοκρατίαν, Πάντες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν
ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων, ἡμῶν δὲ αἱ γυ-
ναῖκες.

δʹ. Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ E
κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας, καὶ
πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν χωρὶς ἑαυτοῦ διδόναι συγ-
γνώμην.

εʹ. Παρορμῶν δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρ-
τάνουσιν, ἔλεγε, Τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς
ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κατακελεύειν.

ϛʹ. Τῶν δὲ νέων, ἔφη, χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον
ἢ τοῖς ὠχριῶσι.

ζʹ. Στρατιώτην δὲ μισεῖν, ὃς ἐν τῷ περιπατεῖν
τὰς χεῖρας, ἐν δὲ τῷ μάχεσθαι τοὺς πόδας κινεῖ, ῥέγχει
δὲ μεῖζον ἢ ἀλαλάζει.

ηʹ. Κάκιστον δὲ ἔλεγεν ἄρχοντα εἶναι, τὸν ἄρχειν
ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον. F

III. Aliquando imperia mulierum in viros nimis quam uſitata inceſſens dixit: *Omnes homines mulieribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis mulieres.*

IV. Aiebat *malle ſe nullam pro beneficio collato gratiam adipiſci, quam ob delictum non dare pœnam: omnibuſque ſe peccantibus, ſe uno excepto, ignoſcere.*

V. Inſtigans magiſtratus ad imponenda ſontibus ſupplicia, dicebat, *Eos qui male agentes prohibere poſſent, neque id facerent, eorum flagitiis aſſentiri.*

VI. *Adoleſcentibus erubeſcentibus* aiebat *magis ſe delectari, quam pallentibus.*

VII. *Odiſſe* ſe affirmabat *militem qui inter deambulandum manus, in pugna pedes moveret: et qui clarius ſterteret, quam in congreſſu pugnæ vociferaretur.*

VIII. *Peſſimum eſſe principem, qui regere ſeipſum nequiret.*

θ'. Μάλιστα δὲ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὐτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι.

ι'. Πολλῶν δὲ ὁρῶν ἀνισταμένους ἀνδριάντας, Ἐμοῦ δὲ, ἔφη, ἐρωτᾶν βούλομαι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τί ἀνδριὰς οὐ κεῖται Κάτωνος, ἢ διὰ τί κεῖται.

ια'. Φείδεσθαι δὲ τῆς ἐξουσίας παρεκάλει τοὺς δυναμένους, ὅπως ἀεὶ παραμένῃ τὸ ἐξεῖναι.

ιβ'. Τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς τὴν τιμὴν ἀφαιροῦντας, ἔλεγε τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖν τῆς νεότητος.

ιγ'. Τὸν δὲ ἄρχοντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μηδὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι.

199 ιδ'. Τὴν δὲ ἀδικίαν ἔλεγε, τοῖς ἀδικοῦσι κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον, ἅπασι φέρειν.

ιε'. Τῷ δὲ γήρᾳ πολλῶν παρόντων κακῶν, ἠξίου μὴ προστιθέναι τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην.

A. 1. Τὴν δὲ ἀδικίαν—φέρειν] Subeſt quid labis. Raphael quidem et Mez. pro φέρῃ habent δοκῇ.

IX. *Unumquemque ſeipſum maxime revereri debere: nunquam enim eſſe ſine ſeipſo.*

X. Cum videret multis poſitas ſtatuas, *Malo*, inquit, *homines quærere cur Catoni non ſit poſita ſtatua, quam cur ſit.*

XI. *Parce uſurpare poteſtate ſua* jubebat *potentes, ut liceret eam ſemper habere.*

XII. *Qui virtuti honorem detraherent, eos* aiebat *virtutem adoleſcentiæ adimere.*

XIII. *Magiſtratum* aiebat *et judicem debere neque opus habere exhortatione ad juſte, neque pati exhortando ſe permoveri ad injuſte agendum.*

XIV. *Injuſte facta ut auctori non ſint, omnibus tamen eſſe periculoſa.*

XV. Hortabatur ſenes, *ne ſenectuti cui alias multa adeſſent incommoda, turpitudinem a vitiis proficiſcentem ſuperadderent.*

ιϛʹ. Τὸν δὲ ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν.

ιζʹ. Ἥκιστα δὲ φθονεῖσθαι τοὺς τῇ τύχῃ χρωμένους ἐπιεικῶς καὶ μετρίως· οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἡμᾶς φθονοῦσι.

ιηʹ. Τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις, ἔλεγεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἔσεσθαι καταγελάστους.

ιθʹ. Τὰς καλὰς πράξεις ἔλεγε δεῖν καταλαμβάνειν λόγους καλοὺς, ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀπορρέωσιν.

κʹ. Ἐπετίμα δὲ τοῖς πολίταις ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις ἄρχοντας· Δόξετε γὰρ, εἶπε, μὴ πολλοῦ τὸ B
ἄρχειν ἄξιον, ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι.

καʹ. Τὸν δὲ τοὺς παραλίους ἀγροὺς πεπρακότα προσεποιεῖτο θαυμάζειν ὡς ἰσχυρότερον τῆς θαλάσσης· Ἃ γὰρ ἐκείνη μόλις ἐπικλύζει, οὗτος ῥᾳδίως καταπέπωκε.

κβʹ. Τιμητίαν δὲ μετιὼν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁρῶν δεομένους

A. 13. λόγους καλοὺς] Puto legendum λόγοις καλοῖς. Sententia ejuſmodi eſt. *Pulchræ actiones vinciendæ ſunt pulchra oratione, ne a gloria defluant.*

XVI. *Iratum ab inſano tempore duntaxat differre.*

XVII. *Minime invideri iis, qui fortunam æquo animo et moderate ferrent: non enim nobis, ſed iis quæ circa nos ſunt, invideri.*

XVIII. *Qui ridiculis rebus ſeriam impenderent operam, eos* aiebat *in rebus ſeriis fore ridiculos.*

XIX. *Honeſtas actiones, ne earum fama efflueret e memoria, confirmandas aliis eſſe honeſtis actionibus.*

XX. Reprehendebat cives quod magiſtratus ſemper iiſdem deferrent, inquiens: *Aut magiſtratum gerere putatis rem eſſe non magno pretio dignam aut paucos eſſe ea dignos.*

XXI. Qui agrum mari vicinum vendiderat, mirari ſimulabat ſe, quod mari eſſet valentior: *quæ enim mare vix illuvie prolueret, ea eum nullo negotio abſorpſiſſe.*

XXII. Cenſuram ambiens, cum cæteros videret rogare populum et adulari, ipſe voci-

τῶν πολλῶν καὶ κολακευόντων, αὐτὸς ἐβόα, Τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ καὶ μεγάλου καθαρμοῦ· δεῖν οὖν μὴ τὸν ἥδιστον ἀλλὰ τὸν ἀπαραίτητον αἱρεῖσθαι. Καὶ ταῦτα λέγων, ἡρέθη πρὸ πάντων.

κγ΄. Διδάσκων δὲ τοὺς νέους εὐθαρσῶς μάχεσθαι,
C πολλάκις ἔλεγε, Τοῦ ξίφους τὸν λόγον μᾶλλον, καὶ τὴν φωνὴν τῆς χειρὸς, τρέπειν, καὶ καταπλήττειν τοὺς πολεμίους.

κδ΄. Ἐπεὶ δὲ πολεμῶν τοῖς περὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν οἰκοῦσιν, εἰς κίνδυνον ὑπὸ πλήθους τῶν πολεμίων κατέστη, τῶν μὲν Κελτιβήρων ἐπὶ διακοσίοις ταλάντοις βουλομένων βοηθεῖν, τῶν δὲ Ῥωμαίων οὐκ ἐώντων ὁμολογεῖν μισθὸν ἀνθρώποις βαρβάροις, Ἁμαρτάνειν ἔφησεν αὐτούς· νικήσαντας μὲν γὰρ ἀποδώσειν οὐ παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ παρὰ τῶν πολεμίων· ἡττωμένων δὲ, μήτε τοὺς ἀπαιτημένους, μήτε τοὺς ἀπαιτοῦντας ἔσεσθαι.

D κε΄. Πλείονας δὲ πόλεις ἑλὼν, ὥς φησι, τῶν ἡμερῶν

feratus eſt, *populum opus habere acri medico et magna purgatione: non itaque blandiſſimum, ſed inexorabilem aliquem et ſeveriſſimum eſſe deligendum:* hæc dicens, præ omnibus eſt cenſor renunciatus.

XXIII. Docens adoleſcentes audacter pugnare, dicebat ſæpe, *ſermone ac voce magis quam gladio et manu terreri fugarique hoſtem.*

XXIV. Bellum gerens adverſus Bætis fluvii accolas, cum ob hoſtium multitudinem in diſcrimine verſaretur, et Celtiberi paciſcentes ducentorum talentorum mercedem auxilia promitterent, Romani non ſinerent eum hanc barbaris hominibus promittere: *Erratis*, inquit, *ſi enim vincemus, non de noſtra, ſed hoſtium pecunia perſolvemus: ſi vincamur, neque qui exigat erit, neque a quo exigatur.*

XXV. Cum autem plures cepiſſet urbes, quam dies in

ἃς διέπραξεν ἐν τοῖς πολεμίοις, οὐδὲν αὐτὸς πλέον λαβεῖν ὧν ἔπιε καὶ ἔφαγεν ἐκ τῆς πολεμίας.

κϛʹ. Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἑκάστῳ λίτραν ἀργυρίου διανείμας, φησὶ, Βέλτιον εἶναι πολλοὺς ἔχοντας ἀργύριον ἢ ὀλίγους χρυσίον, ἀπὸ τῆς στρατείας ἐπανελθεῖν· τῶν γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἄλλο δεῖν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἢ τὴν δόξαν αὐξάνεσθαι.

κζʹ. Πέντε δὲ οἰκέτας εἶχεν ἐπὶ τῆς στρατείας, ὧν εἷς αἰχμάλωτα τρία σώματα πριάμενος, ὡς οὐκ ἔλαθε τὸν Κάτωνα, πρὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, ἀπήγξατο.

κηʹ. Παρακληθεὶς δὲ ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ E τοῖς Ἀχαιῶν συλλαβέσθαι φυγάσιν, ὅπως εἰς τὰς πατρίδας κατέλθωσιν, προσεποιεῖτο μηδὲν αὐτῷ μέλειν τοῦ πράγματος· ἐν δὲ τῇ συγκλήτῳ πολλῶν γινομένων λόγων ἀναστὰς, Ὥσπερ οὐκ ἔχοντες, εἶπεν, ὃ πράττωμεν, καθήμεθα περὶ Γραικῶν γερόντων ζητοῦντες πότερον ὑπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ἢ ὑπὸ τῶν ἐκεῖ νεκροφόρων ἐξενεχθῶσι.

D. 2. λαβεῖν] Forte legendum ἔλαβεν.

hoſtico egiſſet, (ut ipſe de ſe profitetur) nihil tamen præter cibum et potum inde ſe accepiſſe ait.

XXVI. Militibus viritim libram argenti largitus, *præſtare* dicit *multos a militia cum argento, quam paucos cum auro redire : ducum enim nihil præter gloriam debere in provinciis augeri.*

XXVII. Militiæ quinque habebat famulos : quorum unus cum duo emiſſet mancipia, neque res Catonem latuiſſet, antequam in conſpectum domini veniret ſuſpendio vitam ſibi ademit.

XXVIII. Rogatus a Scipione Africano ut Achæis exulibus opem ferret, reditum in patriam flagitantibus, præ ſe tulit nihil ſe iſtud curare negotium. In ſenatu autem multis ea de re habitis ſermonibus, ſurgens: *Perinde,* inquit, *ac ſi deeſſet quod ageremus, ſedemus hic diſputantes de Græcis ſenibus, a noſtriſne ii, an vero ab iis qui iſthic ſunt veſpillonibus debeant efferri.*

κθ'. Ποστουμίου δὲ Λαβίνου γράψαντος ἱστορίας Ἑλληνιστὶ, καὶ συγγνώμην παρὰ τῶν ἀκροωμένων αἰτοῦντος,
F εἰρωνευόμενος ὁ Κάτων ἔφη, Δοτέον εἶναι συγγνώμην εἰ τῶν Ἀμφικτυόνων ψηφισαμένων ἀναγκασθεὶς ἔγραψε.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

α'. Σκιπίωνα τὸν νεώτερον λέγουσιν ἔτεσι πεντήκοντα καὶ τέσσαρσιν οἷς ἐβίωσε, μηδὲν πρίασθαι, μηδὲν ἀποδόσθαι, μηδὲν οἰκοδομῆσαι, λίτρας δὲ ἀργύρου τρεῖς καὶ τριάκοντα μόνας ἐν οὐσίᾳ μεγάλῃ, δύο δὲ χρυσίου καταλιπεῖν· καὶ ταῦτα, Καρχηδόνος κύριον ὄντα, καὶ μάλιστα τῶν στρατηγῶν πλουτίσαντα τοὺς στρατιώτας.

β'. Τὸ δὲ Πολυβίου παράγγελμα διαφυλάττων, ἐπειρᾶτο μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσασθαί τινα συνήθη καὶ φίλον ἁμωσγέπως τῶν ἐντυγχανόντων.

200 γ'. Ἔτι δὲ νέος ὢν, τοσαύτην εἶχε δόξαν ἀνδρείας καὶ συνέσεως, ὥστε Κάτωνα μὲν τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν

E. 8. Λαβίνου] Corrigendum Ἀλβίνου cum Xylandro et Mez. et ſic eſt in Vita Catonis p. 343. B.

XXIX. Scripſerat Poſtumius Albinus hiſtoriam Græco ſermone, veniamque a lectoribus petebat, quem ſubſannans Cato, *Dandam ei veniam*, aiebat, *ſi decreto Amphictyonum coactus ſcripſiſſet.*

SCIPIONIS MINORIS.

I. Scipionem juniorem tradunt quinquaginta et quatuor, quos vixit annis, nihil emiſſe, nihil vendidiſſe, nihil ædificaſſe: atque in tantis opibus non niſi triginta et tria argenti, duo auri pondo eum reliquiſſe; cum quidem Carthagine potitus fuiſſet, et magis quam ullus alius imperator milites collocupletaſſet.

II. Polybii autem præceptum ſervans, operam dedit, ne prius e foro diſcederet, quam aliquem compellantium quocunque modo ſibi familiarem amicumque faceret.

III. Juvenis etiamnum tantam de ſe fortitudinis et prudentiæ opinionem excitavit, ut Cato major interrogatus de militantibus ad Carthaginem

ἐρωτηθέντα περὶ τῆς ἐν Καρχηδόνι στρατευομένης, ἐν οἷς καὶ Σκιπίων ἦν,

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

δʹ. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθόντος ἀπὸ στρατείας, ἐκάλουν αὐτὸν, οὐκ ἐκείνῳ χαριζόμενοι, ἀλλ᾽ ὡς Καρχηδόνα δι᾽ ἐκείνου ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ληψόμενοι.

εʹ. Ἐπεὶ δὲ παρελθὼν εἰς τὸ τεῖχος, τῶν Καρχηδονίων ἐκ τῆς ἄκρας ἀμυνομένων, μὴ σὺ τὴν διὰ μέσου θάλασσαν οὐ πάνυ βαθεῖαν οὖσαν, τοῦ Πολυβίου συμβουλεύοντος αὐτῷ καταπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς, ἢ σανίδας B ἐμβάλλειν κεντρωτὰς, ὅπως μὴ διαβαίνοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν· ἔφη, Γελοῖον εἶναι, κατειληφότας τὰ τείχη, καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς ὄντας, εἶτα πράττειν ὅπως οὐ μαχοῦνται τοῖς πολεμίοις.

ϛʹ. Εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν, ἐκήρυξε

A. 10. *μὴ σὺ*] Vitium hoc omnes occupavit. Vetus et ſana lectio videtur fuiſſe *εἰς*: quam expulit hoc *μὴ σύ* ortum quomodocumque ex proximo *μέσου*.

quid ſentiret, inter quos etiam Scipio erat, de hoc pronunciarit,

Iſte ſapit ſolus: reliqui velut umbra vagantur.

IV. Cumque ab exercitu Romam veniſſet, ad ſummam rei gerendæ populus eum vocavit, non ſtudio ipſi gratificandi, ſed quod ejus opera facile citoque ſe Carthaginem capturos ſperarent.

V. Cum jam intra muros Carthaginis veniſſet, et Carthaginenſes ex arce ſe defenderent, ac mare inter caſtra ipſius et arcem non eſſet profundum: conſulente Polybio ut ferreos murices ſpargeret, aut tabulis vada conſterneret clavos eminentes habentibus, ne tranſire hoſtes ad oppugnandum vallum poſſent, reſpondit: *Ridiculum eſſe captis muris intra urbem progreſſos hoc jam agere ne cum hoſte ſit pugnandum.*

VI. Cum inveniſſet eam urbem repletam ſtatuis donariiſque Græcanicis e Sicilia

τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.

ζ'. Τῶν δὲ χρημάτων οὔτε δοῦλον οὔτε ἀπελεύθερον εἴα λαβεῖν οὐδένα, ἀλλ' οὐδὲ πρίασθαι, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων.

C η'. Γαΐῳ δὲ Λαιλίῳ τῷ φιλτάτῳ τῶν ἑταίρων ὑπατείαν μετιόντι συμπράττων ἐπηρώτησε Πόμπιον, εἰ καὶ αὐτὸς ὑπατείαν μέτεισιν· ἐδόκει δὲ ὁ Πόμπιος υἱὸς αὐλητοῦ γεγονέναι· τοῦ δὲ φήσαντος μὴ μετιέναι, ἀλλὰ καὶ τὸν Λαίλιον ἐπαγγελλόμενος συμπεριάξειν καὶ συναρχαιρεσιάσειν, πιστεύσαντες καὶ περιμένοντες ἐκεῖνον, ἐξηπατήθησαν· ἀπηγγέλλετο γὰρ αὐτὸς ἐν ἀγορᾷ περιιὼν καὶ δεξιούμενος τοὺς πολίτας. Ἀγανακτούντων δὲ τῶν ἄλλων, ὁ Σκιπίων γελάσας, Ἀβελτηρία δὲ, εἶπεν, ἡμῶν, καθάπερ οὐκ ἀνθρώπους μέλλοντες, ἀλλὰ θεοὺς παρακαλεῖν, πάλαι διατρίβομεν αὐλητὴν ἀναμένοντες.

θ'. Ἀππίου δὲ Κλαυδίου περὶ τῆς τιμητικῆς ἀρχῆς

C. 9. Ἀβελτηρία δὲ—ἡμῶν] Depravatum, ſine dubio. Facillima eſt correctio Ἀβελτηρία γε—ἡμῶν.

advectis, edixit ut e ſingulis urbibus venirent qui dignoſcerent ſuaque auferrent.

VII. Nihil quicquam ſuorum quenquam paſſus eſt vel liberum vel ſervum de præda accipere, ac ne emere quidem, omnibus aliis direptioni vacantibus.

VIII. Caio Lælio amiciſſimo ſuo in petitione conſulatus operam navans, e Pompeio, qui putabatur tibicinis eſſe filius, quæſivit an ipſe quoque conſulatum eſſet petiturus: reſpondit is neque ſe ambiturum, et comitia cum Lælio obiturum, ejuſque petitioni ſtudio ſuo opitulaturum. Hoc illi credentes, decepti ſunt, renunciatumque eſt Pompeium in foro circumire ac prenſare cives. Tum reliquis ſtomachantibus, ridens Scipio, *Noſtra*, inquit, *ſtultitia hoc fit, qui quaſi non homines, ſed deos precaturi jamdudum moras nectimus expectando tibicinem.*

IX. Certamen erat ei in petitione cenſuræ cum Appio

ἀμιλλωμένου πρὸς αὐτόν, καὶ λέγοντος ὅτι πάντας ὀνομαστὶ Ῥωμαίους αὐτὸς ἀσπάζεται, Σκιπίωνος ὀλίγου δεῖν ἀγνοοῦντος ἅπαντας, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολλοὺς, ἀλλ᾽ ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν. D

ι΄. Ἐκέλευε δὲ τοὺς πολίτας, ἐπειδὴ ἐτύγχανον πολεμοῦντες Κελτίβηρσιν, ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν στρατείαν ἐκπέμψαντας, ἢ πρεσβευτὰς, ἢ χιλιάρχους, μάρτυρας λαμβάνειν καὶ κριτὰς τῆς ἑκάστου ἀρετῆς τοὺς πολεμοῦντας.

ια΄. Ἀποδειχθεὶς δὲ τιμητὴς, νεανίσκου μὲν ἀφείλετο τὸν ἵππον, ὅτι δειπνῶν πολυτελῶς ἐν ᾧ χρόνῳ Καρχηδὼν ἐπολεμεῖτο, μελίπηκτον εἰς σχῆμα τῆς πόλεως διαπλάσας, καὶ τοῦτο Καρχηδόνα προσειπὼν, προὔθηκε διαρπάσαι τοῖς παροῦσι· καὶ πυνθανομένου τοῦ νεανίσκου τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἀφῄρηται τὸν ἵππον, Ἐμοῦ γὰρ, ἔφη, πρότερος Καρχηδόνα διήρπασας. E

ιβ΄. Γάϊον δὲ Λικίνιον ἰδὼν παρερχόμενον, Οἶδα, ἔφη, τοῦτον ἐπιωρκηκότα τὸν ἄνδρα· μηδενὸς δὲ κατηγοροῦντος, οὐ δύναμαι κατήγορος αὐτὸς εἶναι καὶ δικαστής.

Claudio: qui cum diceret, ſe omnes cives nominatim compellare, Scipione fere omnes ignorante: *Vera*, ait Scipio, *dicis; non enim mihi cura fuit multos noſſe, ſed a nemine ignorari.*

X. Et cum eſſet Romanis bellum adverſus Celtiberos, ſe competitoremque legatos aut tribunos militum mitti ad exercitum poſtulavit, belligerantibus de utriuſque virtute ſententiam teſtimoniumque laturis.

XI. Cenſor creatus, adoleſcenti equum ademit, qui quo tempore Carthago obſidebatur, inſtructa ſumptuoſa cœna, placentam mellitam ad ejus urbis formam confectam, et Carthaginis nomine inſignitam, diripiendam convivis propoſuiſſet: et quærenti cur equo mulctaretur, *Quia*, inquit, *me prior Carthaginem diripuiſti.*

XII. Caium Licinium videns accedere, *Scio*, inquit, *hunc pejeraſſe; quia autem nemo accuſat eum, non poſſum ipſe actor judexque ſimul eſſe.*

ιγ'. Ἐκπεμφθέντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς βουλῆς τρίτον, ὥς φησι Κλειτόμαχος,

Ἀνθρώπων πόλεων τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντα,

πόλεων, ἐθνῶν, βασιλέων ἐπίσκοπον, ὡς εἰς Ἀλεξαν-
F δρείαν ἧκε, καὶ τῆς νεὼς ἀποβὰς, ἐβάδιζε κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἠξίουν ἀποκαλύψασθαι περιθέοντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς, καὶ δεῖξαι ποθοῦσιν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον. Ἀποκαλυψαμένου, κραυγὴν καὶ κρότον ἐποίησαν. Τοῦ δὲ βασιλέως μόλις ἁμιλλωμένου βαδίζουσιν αὐτοῖς, δι' ἀργίαν καὶ τρυφὴν τοῦ σώματος, ὁ Σκιπίων ἀτρέμα πρὸς τὸν Παναίτιον ψιθυρίσας εἶπεν, Ἤδη
01 τι τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν Ἀλεξανδρεῖς ἀπολελαύκασι· δι' ἡμᾶς γὰρ ἑωράκασι τὸν βασιλέα περιπατοῦντα.

ιδ'. Συναπεδήμει δὲ αὐτῷ φίλος μὲν εἷς φιλόσοφος Παναίτιος, οἰκέται δὲ πέντε· καὶ τοῦ ἑνὸς ἀποθανόντος ἐπὶ τῆς ξένης, ἄλλον μὴ βουλόμενος πρίασθαι, ἀπὸ τῆς Ῥώμης μετεπέμψατο.

ιε'. Τῶν δὲ Νομαντίνων ἀμάχων εἶναι δοκούντων,

XIII. Miſſus a ſenatu tertium, ut ait Clitomachus,

Ut multorum hominum mores ac jura videret,

urbeſque, gentes et reges inviſeret: ut Alexandriam pervenit, egreſſus eſt navi, proceſſitque cooperto capite: circum vero curſitantes Alexandrini rogaverunt ut retegeret faciem, deſiderioque ejus videndi captis ſpectandam præberet: vocemque et plauſum eo impetrato ſuſtulerunt: quorum ambulationem cum rex ob ignaviam et mollitiem corporis ægre magno niſu æquaret, Scipio Panætio in aurem inſuſurravit: *Jam nunc Alexandrini fructum noſtræ peregrinationis ceperunt, qui propter nos regem viderint deambulantem.*

XIV. Unum omnino ea in legatione habuit de amicis comitem Panætium, ſervos quinque: de his uno in peregrinatione mortuo, alium nolens emere, Roma accivit.

XV. Numantinos cum in-

καὶ πολλοὺς νενικηκότων στρατηγούς, ὕπατον ἀπέδειξε Σκι-
πίωνα τὸ δεύτερον ὁ δῆμος ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὡρμημένων
δὲ πολλῶν ἐπὶ τὴν στρατείαν, καὶ τοῦτο διεκώλυσεν ἡ
σύγκλητος, ὡς ἐρήμου τῆς Ἰταλίας ἐσομένης. Καὶ
χρήματα λαβεῖν τῶν ἑτοίμων οὐκ εἴασαν, ἀλλὰ τὰς
τελωνικὰς προσόδους ἀπέταξαν, οὔπω χρόνον ἐχούσας· B
ὁ δὲ Σκιπίων χρημάτων μὲν οὐκ ἔφη δεῖσθαι, τὰ γὰρ
ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων ἐξαρκέσειν· περὶ δὲ τῶν στρατιωτῶν
ἐμέμψατο, Χαλεπὸν γὰρ εἶναι τὸν πόλεμον, εἰ μὲν δι᾽
ἀνδρείαν τῶν πολεμίων ἥττωνται τοσαυτάκις, ὅτι πρὸς
τοιούτους, εἰ δὲ δι᾽ ἀνανδρίαν τῶν πολιτῶν, ὅτι μετὰ τοιούτων.

ιϛʹ. Ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν εἰς τὸ στρατόπεδον, πολλὴν
ἀταξίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δεισιδαιμονίαν καὶ τρυφὴν
κατέλαβε, μάντεις μὲν εὐθὺς ἐξήλασε καὶ θύτας καὶ
πορνοβοσκούς, σκεύη δὲ προσέταξεν ἀποπέμπειν ἅπαντα,
πλὴν χύτρας, ὀβελίσκου, καὶ ποτηρίου κεραμεοῦ· τῶν δὲ C
ἀργυρέων ἔκπωμα οὐ μεῖζον δύο λιτρῶν συνεχώρησε τοῖς

ſuperabiles putaret populus, qui multos jam Romanos duces viciſſent, Scipioni ſecundum conſulatum detulit, ejus belli gerendi gratia. Cum autem multi nomina ſua ei militiæ darent, inhibuit hoc ſenatus deſertam fore iſto pacto Italiam dicens: ſed et pecuniam quæ ad manum et parata erat ſumere eum non paſſi ſunt, et reditus vectigalium ei deſtinaverunt, quorum nondum appetierat tempus. Ad hoc reſpondit Scipio, *Pecuniæ ſibi de ſuo et amicorum facultatibus fore ſatis.* Id vero reprehendit quod de militibus erat decretum: quod diceret, *bellum grave eſſe, ſi quidem ob fortitudinem hoſtium toties victi eſſent Romani, contra tales: ſin ob ignaviam civium, militibus talibus gerendum.*

XVI. Ut venit ad exercitum, multum ibi confuſionis, intemperantiæ, ſuperſtitionis, luxuſque reperit. Itaque ariolos, ſacrificulos, lenoneſque ſtatim exturbavit, et omnia juſſit amovere vaſa, demptis olla, veru, et figlino poculo, argenteorum poculorum nullum duabus libris majus per-

βουλομένοις ἔχειν· λούεσθαι δὲ ἀπεῖπε, τῶν δὲ ἀλειφομένων τρίβειν ἕκαστον ἑαυτόν· τὰ γὰρ ὑποζύγια χεῖρας οὐκ ἔχοντα, ἑτέρου τρίβοντος δεῖσθαι· προσέταξε δὲ ἀριστᾶν μὲν ἑστῶτας ἄπυρον ὄψον, δειπνεῖν δὲ κατακειμένους ἄρτον ἢ πόλτον ἁπλῶς, καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθόν· αὐτὸς δὲ σάγον ἐμπεπορπημένος μέλανα περιῄει, πενθεῖν τὴν τοῦ στρατεύματος αἰσχύνην λέγων.

ιζ'. Μεμμίου δέ τινος χιλιάρχου λαβὼν ὑποζύγια,
D ψυκτῆρας διαλίθους παρακομίζοντα καὶ Θηρικλείους, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἡμέρας τριάκοντα καὶ τῇ πατρίδι, σαυτῷ δὲ τὸν βίον ἅπαντα, τοιοῦτος ὤν, ἄχρηστον πεποίηκας σεαυτόν.

ιη'. Ἑτέρου δὲ θυρεὸν ἐπιδείξαντος εὖ κεκοσμημένον, Ὁ μὲν θυρεὸς, εἶπεν, ὦ νεανία, καλός· πρέπει δὲ Ῥωμαῖον ἄνδρα μᾶλλον ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἢ τῇ ἀριστερᾷ.

ιθ'. Τοῦ δὲ τὸν χάρακα αἴροντος, σφόδρα πιέζεσθαι

miſit habere volentibus : lavacro interdixit: qui inungerentur, quemque a ſeipſo fricari juſſit, quod diceret jumentis fricante opus eſſe quia manibus ipſa carerent. Prandere juſſit obſonium nullo igni coctum, in cœna accumbentes edere panem aut pultem ſimplicem, et carnem elixam ſive aſſam : ipſe ſago amictus nigro obambulavit, lugere ſe inquiens turpitudinem exercitus.

XVII. Cum incidiſſet in Memmii cujuſdam tribuni militum jumenta, quæ gemmis ornata ac Thericlea geſtabant pocula, *Talis*, inquit, *cum ſis, mihi patriæque te ad triginta dies, tibi ipſi per omnem vitam reddidiſti inutilem.*

XVIII. Alii clypeum oſtentanti præclare ornatum, *Clypeus quidem*, inquit, *O adoleſcens pulcher eſt : cæterum Romanum virum magis decet in dextra ſua fiduciam habere, quam in ſiniſtra collocatam.*

XIX. Vallum tollenti, et

φάσκοντος, Εἰκότως, ἔφη· τῷ γὰρ ξύλῳ τούτῳ μᾶλλον ἢ τῇ μαχαίρᾳ πιστεύεις.

κ'. Ὁρῶν δὲ τὴν ἀπόνοιαν τῶν πολεμίων, ἔλεγεν, Ὠνεῖσθαι τοῦ χρόνου τὴν ἀσφάλειαν· τὸν γὰρ ἀγαθὸν στρατηγὸν, ὥσπερ ἰατρὸν, ἐσχάτης δεῖσθαι τῆς διὰ τοῦ σιδήρου θεραπείας. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιθέμενος ἐν καιρῷ E
τοὺς Νομαντίνους ἐτρέψατο.

κα'. Τῶν δὲ πρεσβυτέρων τοὺς ἡττημένους κακιζόντων, τί πεφεύγασιν οὓς τοσαυτάκις ἐδίωξαν, εἰπεῖν τινα λέγεται τῶν Νομαντίνων, Ὡς τὰ πρόβατα ταυτὰ καὶ νῦν ἐστιν, ὁ δὲ ποιμὴν ἄλλος.

κβ'. Ἐπεὶ δὲ τὴν Νομαντίαν ἑλὼν, καὶ θριαμβεύσας τὸ δεύτερον, πρὸς Γάϊον Γράκχον ὑπέρ τε τῆς βουλῆς καὶ τῶν συμμάχων κατέστη διαφορὰν, καὶ λυπούμενος ὁ δῆμος ἐθορύβησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, Ἐμὲ, εἶπεν, οὐδέποτε στρατοπέδων ἀλαλαγμὸς ἐθορύβησεν, οὔτε F

admodum ſe premi dicenti, *Non injuria*, inquit; *ligno enim huic magis fidis quam gladio.*

XX. Videns conjunctam cum inſania hoſtium temeritatem, dicebat ſe tempore ſecuritatem redimere: bonum enim imperatorem, itidem ut medicum, ad malum curandum ultimo demum loco ferrum adhibere: nihilominus tamen ſuo tempore adortus Numantinos fudit.

XXI. Quo tempore ſenioribus pulſos culpantibus quod eos fugiſſent quos toties in fugam conjeciſſent, ferunt quendam Numantinorum dixiſſe, *Oves quidem eaſdem eſſe atque antea, ſed alium habere paſtorem.*

XXII. Capta Numantia, acto ſecundo triumpho, de ſenatu et ſociis in contentionem venit cum Caio Graccho, ibi cum indignabundus populus pro roſtris dicenti tumultu facto obſtreperet: *Nunquam*, inquit, *me exercituum conclamantium perterruit vociferatio, nedum convenarum fremi-*

συγκλύδων ἀνθρώπων, ὧν οὐ μητέρα τὴν Ἰταλίαν, ἀλλὰ μητρυιὰν οὖσαν ἐπίσταμαι.

κγʹ. Τῶν δὲ περὶ τὸν Γάϊον βοώντων κτεῖναι τὸν τύραννον, Εἰκότως, εἶπεν, οἱ τῇ πατρίδι πολεμοῦντες, ἐμὲ βούλονται προανελεῖν, οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν Ῥώμην πεσεῖν Σκιπίωνος ἑστῶτος, οὐδὲ ζῆν Σκιπίωνα τῆς Ῥώμης πεσούσης.

ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ ΜΕΤΕΛΛΟΥ.

αʹ. Καικίλιος Μέτελλος ὀχυρῷ χωρίῳ βουλευόμενος προσαγαγεῖν, εἰπόντος ἑκατοντάρχου πρὸς ἑαυτὸν, ὡς
202 ἐὰν δέκα μόνους ἀποβάλῃ, λήψεται τὸ χωρίον, ἠρώτησεν αὐτὸν, Εἰ βούλοιτο εἷς τῶν δέκα γενέσθαι.

βʹ. Τῶν δὲ νεωτέρων τινὸς χιλιάρχου πυνθανομένου τί μέλλει ποιεῖν, Εἰ τοῦτον, ἔφη, συνειδέναι μοι τὸν χιτωνίσκον ἐνόμιζον, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπέθηκα.

γʹ. Σκιπίωνι δὲ ζῶντι πολεμῶν, ἀποθανόντος ἠχ-

A. 4. Εἰ τοῦτον] Ita libri. Rectius legatur Εἰ τοῦτο.

tus me percellat, quorum non matrem eſſe, ſed novercam Italiam novi.

XXIII. Gracchoque cum ſuæ factionis hominibus clamante, Interficiendum eſſe tyrannum, *Merito*, inquit, *patriæ bellum facientes me prius ſublatum volunt; Roma enim Scipione incolumi cadere non poteſt, neque vivere Scipio Roma everſa.*

CÆCILII METELLI.

I. Cæcilius Metellus cum de caſtello munito oppugnando deliberaret, centurioni dicenti decem duntaxat amiſſis viris eo potiturum, *Viſne*, inquit, *unus ex illis decem tu eſſe?*

II. Interrogatus a quodam juvene centurione quid eſſet facturus, reſpondit, *Se tunicam ſuam, ſi ſui eam ſibi conſciam conſilii putaret, exuturum et crematurum.*

III. Scipionis, cum quo vivus inimicitias exercuerat, mortem graviter moleſteque

θέσθη, καὶ τοὺς μὲν υἱοὺς ἐκέλευσεν ὑποδύντας ἆραι τὸ λέχος. Τοῖς δὲ θεοῖς, ἔφη, χάριν ἔχειν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης ὅτι παρ' ἄλλοις οὐκ ἐγένετο Σκιπίων.

ΓΑΙΟΥ ΜΑΡΙΟΥ.

α'. Γάϊος Μάριος ἐκ γένους ἀδόξου παριὼν εἰς πολιτείαν διὰ τῶν στρατιῶν, ἀγορανομίαν τὴν μείζονα B
παρήγγειλεν· αἰσθόμενος δὲ ὅτι λείπεται, τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τὴν ἐλάττονα μετῆλθε· κἀκείνης ἀποτυχὼν, ὅμως οὐκ ἀπέγνω τοῦ πρωτεύσειν Ῥωμαίων.

β'. Ἰξίας δὲ ἔχων ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σκέλεσι, παρέσχεν ἄδετος ἐκτεμεῖν τῷ ἰατρῷ, καὶ μὴ στενάξας, μηδὲ τὰς ὀφρῦς συναγαγὼν, ἐνεκαρτέρησε τῇ χειρουργίᾳ· τοῦ δὲ ἰατροῦ μεταβαίνοντος ἐπὶ θάτερον, οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν, Οὐκ ἔστι τὸ θεράπευμα τῆς ἀλγηδόνος ἄξιον.

γ'. Ἐπεὶ δὲ Λούσιος ὁ ἀδελφιδοῦς, αὐτοῦ τὸ δεύτερον ὑπατεύοντος, ἐβιάζετο τῶν ἐν ὥρᾳ στρατευομένων τινὰ ὀνό-

B. 1. στρατιῶν] Rectius στρατιωτῶν Venet. Bodl. T. P.

tulit, filioſque ſuos ſubire feretro ejus portando juſſit, diiſque dixit gratias ſe agere Romæ cauſa, quod alibi non extiterit Scipio.

CAII MARII.

I. Caius Marius obſcuro natus loco, geſtis militiæ rebus cum ſe ad honores in republica capeſſendos contuliſſet, ædilitatem majorem ambivit: videnſque ſe eam non impetraturum, eadem die minorem petiit, paſſuſque repulſam, tamen de prima inter Romanos dignitate non deſperavit.

II. Varices in utroque crure cum haberet, ſecandas eas medico præbuit: alteriuſque ſectionem ſolutus, abſque ullo gemitu, et ne contractis quidem ſuperciliis ſuſtinuit: ad alterum tranſeuntem inhibuit, *non eſſe* inquiens *remedium iſto dignum dolore.*

III. Alterum ipſo gerente conſulatum, Luſius ſorore natus ipſius, vim adoleſcentis cujuſdam Trebonii militantis

ματι Τρεβώνιον· ὁ δὲ ἀπέκτεινεν αὐτόν, καὶ πολλῶν κατ-
C ηγορούντων οὐκ ἠρνήσατο κτεῖναι τὸν ἄρχοντα, τὴν δὲ αἰτίαν εἶπε καὶ ἀπέδειξε· κελεύσας οὖν ὁ Μάριος τὸν ἐπὶ ταῖς ἀριστείαις διδόμενον στέφανον κομισθῆναι, τῷ Τρεβωνίῳ περιέθηκε.

δ'. Τοῖς δὲ Τεύτοσι παραστρατοπεδεύσας ἐν χωρίῳ ὀλίγον ὕδωρ ἔχοντι, τῶν στρατιωτῶν διψῆν λεγόντων, δείξας αὐτοῖς ποταμὸν ἐγγὺς παραῤῥέοντα τῷ χάρακι τῶν πολεμίων, Ἐκεῖθεν ὑμῖν ἐστιν, εἶπε, ποτὸν ὤνιον αἵματος. Οἱ δὲ ἄγειν παρεκάλουν ἕως ὑγρὸν ἔχουσι τὸ αἷμα, καὶ μήπω πᾶν ὑπὸ τῆς δίψης ἐκπεπηγός.

ε'. Ἐν δὲ τοῖς Κιμβρικοῖς πολέμοις Καμαρίνων
D χιλίους ἄνδρας ἀγαθοὺς γενομένους, ὁμοῦ Ῥωμαίους ἐποίησε, κατ' οὐδένα νόμον· πρὸς δὲ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἔλεγε, Τῶν νόμων οὐκ ἐξακοῦσαι διὰ τὸν τῶν ὅπλων ψόφον.

ς'. Ἐν δὲ τῷ ἐμφυλίῳ πολέμῳ περιταφρευόμενος καὶ πολιορκούμενος ἐκαρτέρει, τὸν οἰκεῖον ἀναμένων καιρόν.

pudicitiæ intentarat, eratque ab eo interfectus. Accuſatus a multis Trebonius, nihil inficiatus cædem tribuni, cauſam protulit atque demonſtravit. Juſſit Marius coronam, quæ ob res præclare geſtas donari ſolet, afferri, eaque Trebonium ornavit.

IV. Oppoſuerat Teutonibus caſtra loco aquæ inopi: et dicentibus ſe ſitire militibus, demonſtrans amnem prope vallum hoſtium decurrentem, *Iſthinc*, ait, *peti a vobis poteſt potus ſanguine venalis.* Oraverunt itaque milites ut eo duceret, ſanguine ipſorum adhuc humido, necdum ob ſitim concreto.

V. Bello Cimbrico Camertes viros mille ob rem bene geſtam univerſos civitate Romana donavit, nullius legis beneficio: reprehendentibuſque factum reſpondit, *Se præ armorum ſtrepitu leges non potuiſſe exaudire.*

VI. Bello civili foſſa cinctus et oppugnatus, toleravit omnia, idoneam operiens occaſionem rei gerendæ. Ubi

Εἰπόντος δὲ τοῦ Πομπίου Σίλωνος πρὸς αὐτὸν, Εἰ μέγας εἶ στρατηγὸς, ὦ Μάριε, καταβὰς διαγώνισαι, Σὺ μὲν οὖν, εἶπεν, εἰ μέγας εἶ στρατηγὸς, ἀνάγκασόν με διαγωνίσασθαι καὶ μὴ βουλόμενον.

ΚΑΤΛΟΥ ΛΟΥΤΑΤΙΟΥ.

Κάτλος Λουτάτιος ἐν τῷ Κιμβρικῷ πολέμῳ παρὰ τὸν Ἀτίσωνα ποταμὸν στρατοπεδεύων, ἐπεὶ τοὺς βαρβάρους E
ὁρῶντες οἱ Ῥωμαῖοι διαβαίνειν ἐπιχειροῦντας, ἀνεχώρουν, μὴ δυνάμενος αὐτοὺς κατασχεῖν, ὥρμησεν εἰς τοὺς πρώτους τῶν ἀποτρεχόντων, ὅπως δοκῶσι μὴ φεύγειν τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ τῷ στρατηγῷ κατακολουθεῖν.

ΣΥΛΛΟΥ.

Σύλλας ὁ εὐτυχὴς ἀναγορευθεὶς, τῶν μεγίστων εὐτυχιῶν ἐποιεῖτο δύο, τὴν Πίου Μετέλλου φιλίαν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τὰς Ἀθήνας, ἀλλὰ φείσασθαι τῆς πόλεως.

ΓΑΙΟΥ ΠΟΠΙΛΛΙΟΥ. F

Γάϊος Ποπίλλιος ἐπέμφθη πρὸς Ἀντίοχον ἐπιστολὴν

E. 1. Ἀτίσωνα] Ita Venet. Voſſ. T. Vulgo Ἀτίστωνα. P. Ἀτίσωνα. Philelph. *Aſtyonem.*

quidem Popedio Siloni (erat is hoſtium dux) dicenti, *Si es, Mari, magnus imperator, deſcende et prœlio decerne:* reſpondit: *Immo tu ſi magnus es imperator, coge me invitum decertare.*

I. Demaratus verbis ab Oronte aſperius tractatus, dicenti, Duriter te uſus eſt, Demarate, Orontes: reſpondit: *Nihil is in me peccavit; nocent enim non qui ex odio loquuntur, ſed qui gratiam blandiendo captant.*

II. Interrogatus a quodam, cur Lacedæmone ignominia notarentur qui clypeum amiſiſſent, non item qui galeam aut thoracem, retulit: *Quia hæc ſui ipſorum cauſa geſtant, clypeum autem propter communem ordinem.*

III. Audito fidicine, *Videtur*, inquit, *mihi hic non male nugari.*

IV. Quodam in conſeſſu interrogatus, an ob fatuitatem

ΕΜΗΡΕΠΟΥΣ.

Ἐμπρεπὴς, Ἔφορος, Φρύνιδος τοῦ μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα ἐξέτεμεν, εἰπὼν, Μὴ κακούργει τὴν μουσικήν.

ΕΠΑΙΝΕΤΟΥ.

Ἐπαίνετος πάντων ἔφη τοὺς ψεύστας τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν ἀδικημάτων αἰτίους εἶναι.

D

ΕΥΒΟΙΔΟΥ.

Εὐβοίδας ἀκούων τινῶν ἐπαινούντων γυναῖκα ἀλλοτρίαν, οὐκ ἀπεδέχετο, φήσας, Ὅλως περὶ γυναικείας φύσεως παρὰ τοῖς ἔξω λόγον εἶναι οὐδένα δεῖ.

ΕΥΔΑΜΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ.

α'. Εὐδαμίδας ὁ Ἀρχιδάμου, ἀδελφὸς δὲ Ἄγιδος, ἰδὼν Ξενοκράτην ἐν Ἀκαδημίᾳ πρεσβύτερον ἤδη μετὰ τῶν γνωρίμων φιλοσοφοῦντα, ἐπύθετο τίς ὁ πρεσβύτης· φαμένου δέ τινος ὅτι σοφὸς ἀνὴρ καὶ τῶν ζητούντων τὴν ἀρετὴν, Καὶ πότε, ἔφη, χρήσεται, ἐὰν ἄρτι ζητῇ;

C. 8. Ἐμπρεπὴς] In Vit. Agid. et Cleom. p. 799. F. rectius, ut videtur, Ἐκπρεπής: et Xylander ita edidit. Religioni tamen duxi vulgatam mutare quod omnes in ea libri conſentirent.

ECPREPIS.

Ecprepes, Ephorus, Phrynidis muſici fides de novem duas aſcia præcidit, inquiens; *Noli maleficium Muſicæ inferre.*

EPÆNETI.

Epænetus, *Omnium* aiebat *peccatorum et injuriarum cauſam eſſe homines mendaces.*

EUBOIDÆ.

Euboidas quoſdam audiens mulierem laudantes alienam improbavit, dicens, *Omnino de muliebri natura apud exteros nullum debere ſermonem fieri.*

EUDAMIDÆ.

I. Eudamidas Archidami filius Agidis frater, videns in Academia Xenocratem jam grandi natu cum diſcipulis philoſophantem, quæſivit quiſnam eſſet iſte ſenex. Cum reſponderetur, ſapientem eſſe, unumque eorum qui virtutem quærerent: *Et quando*, inquit, *utetur virtute, ſi eam etiamnum quærit?*

ϛʹ. Ψάλτου δὲ τινος εὐημερήσαντος, ἠρώτησαν αὐτὸν ποδαπός τις αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, Μέγας, ἔφη, κηληκτὰς ἐν μικρῷ πράγματι.

ζʹ. Ἐπαινοῦντος δέ τινος τὰς Ἀθήνας, ἔφη, Καὶ τίς ἂν ταύτην τὴν πόλιν δεόντως ἐπαινοίη, ἣν οὐδεὶς ἔστερξε γενόμενος βελτίων;

ηʹ. Ἀργείου δέ τινος λέγοντος ὡς φαυλότεροι γίνονται κατὰ τὰς ἀποδημίας οἱ Λάκωνες, ἐξιστάμενοι τῶν πατρίων

221 νόμων, Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς, ἔφη, εἰς τὴν Σπάρτην ἐλθόντες, χείρονες, ἀλλὰ βελτίονες γίνεσθε.

θʹ. Ἀλεξάνδρου δὲ κηρύξαντος ἐν Ὀλυμπίᾳ κατιέναι τοὺς φυγάδας ἅπαντας εἰς τὴν ἰδίαν, πλὴν Θηβαίων, Ἀτυχὲς μὲν, ἔφη, ὦ Θηβαῖοι, τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἔνδοξον· μόνους γὰρ ὑμᾶς φοβεῖται Ἀλέξανδρος.

ιʹ. Ἐρωτηθεὶς δέ τινος ἕνεκα πρὸ τῶν κινδύνων ταῖς μούσαις σφαγιάζουσιν, Ὅπως, ἔφη, αἱ πράξεις λόγων ἀγαθῶν τυγχάνωσιν.

VI. Cum fidicen quidam placuiſſet, rogatus qualis ſibi is videretur, reſpondit, *Magnus delinitor in re exigua.*

VII. Laudante quodam Athenas, dixit, *Non poſſe merito laudari eam urbem, quam nemo propterea dilexerit, quod ibi eſſet factus melior.*

VIII. Argivo cuidam dicenti Lacones deteriores peregrinando fieri, quod a patriis deſciſcerent legibus: *At vos,* inquit, *Spartam venientes non deteriores abitis ſed meliores.*

IX. Alexandro apud Olympiam edicto omnibus exulibus reditum in patriam permittente, ſolis demptis Thebanis: *Infelix quidem,* aiebat, *O Thebani, hoc edictum vobis, ſed glorioſum. Vos enim ſolos Alexander metuit.*

X. Interrogatus cur ante pugnam Muſis litarent, *Ut,* inquit, *actionibus bona obveniant præconia.*

ΘΕΑΡΙΔΟΥ.

Θεαρίδας ξίφος ἀκονῶν, ἠρωτήθη εἰ ὀξύ ἐστι, Καὶ, εἶπεν, ὀξύτερον διαβολῆς.

ΘΕΜΙΣΤΕΟΥ.

Θεμιστέας προεῖπε μὲν Λεωνίδῃ τῷ βασιλεῖ τὴν
D γινομένην ἀπώλειαν περὶ Θερμοπύλας αὐτοῦ τε καὶ τῶν συστρατευομένων αὐτῷ, μάντις ὤν· ἀποπεμπόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ Λεωνίδου εἰς τὴν Λακεδαίμονα προφάσει τοῦ ἀπαγγεῖλαι τὰ συμβησόμενα, ταῖς δ' ἀληθείαις ἵνα μὴ συναπόληται, οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' εἶπε, Μαχητὴς ἐπέμφθην, οὐκ ἀγγελιαφόρος.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ.

α'. Θεόπομπος πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα πῶς ἄν τις ἀσφαλῶς τηροίη τὴν βασιλείαν, Εἰ τοῖς μὲν φίλοις, ἔφη, μεταδιδοίη παῤῥησίας δικαίας, τοὺς δὲ ἀρχομένους κατὰ δύναμιν μὴ περιορῴη ἀδικουμένους.

β'. Πρὸς δὲ τὸν ξένον τὸν λέγοντα ὅτι παρὰ τοῖς
E αὐτοῦ πολίταις καλεῖται φιλολάκων, Κρεῖσσον, ἔφη, ἦν σε φιλοπολίτην ἢ φιλολάκωνα καλεῖσθαι.

THEARIDÆ.

Thearidas gladium in cote ſubigens, cum interrogaretur acutuſne eſſet, reſpondit: Acutior eſt quam calumnia.

THEMISTEÆ.

Themiſteas vates cum prædixiſſet Leonidæ regi ſuam et exercitus ad Thermopylas internecionem, rexque ipſum Spartam ablegaret, prætextu eo ut quæ futura erant ſignificaret, re ipſa autem ut ne una is periret, non ſuſtinuit abire, ſed dixit, *Pugnatum ſe, non nunciatum a patria miſſum.*

THEOPOMPI.

I. Theopompus interroganti quo quis modo regnum tuto conſervaret, reſpondit: *Si juſtam dicendi libertatem amicis permittat, et ſubditorum, quantum fieri poteſt, vindicet injurias.*

II. Hoſpiti dicenti apud ſuos ſe cives amatorem Laconum appellari, *Præſtabat*, inquit, *civium te quam Laconum amatorem nominari.*

γʹ. Τοῦ δ' ἐκ τῆς Ἤλιδος πρεσβευτοῦ εἰπόντος ὅτι διὰ τοῦτ' αὐτὸν ἐξαπέστειλαν οἱ πολῖται ὅτι μόνος τὸν Λακωνικὸν ἐζήλωσε βίον, Καὶ πότερον, ἔφη, ὁ σὸς ἢ ὁ τῶν ἄλλων πολιτῶν βίος βελτίων ἐστί; τοῦ δὲ εἰπόντος τὸν αὐτοῦ, Πῶς οὖν ἄν, ἔφη, αὕτη ἡ πόλις σώζοιτο ἐν ᾗ πολλῶν ὄντων, εἷς μόνος ἀγαθός ἐστι;

δʹ. Λέγοντος δέ τινος ὅτι ἡ Σπάρτη σώζεται διὰ τοὺς βασιλεῖς ἀρχικοὺς ὄντας, Οὐκ, ἔφη, ἀλλὰ διὰ τοὺς πολίτας πειθαρχικοὺς ὄντας.

εʹ. Πυλίων δὲ αὐτῷ μείζονας τιμὰς ψηφισαμένων, F
ἐνέγραψεν, Ὅτι τὰς μὲν μετρίας ὁ χρόνος αὔξει, τὰς δ' ὑπεραιρούσας ἀφανίζει.

ΘΗΡΥΚΙΩΝΟΣ.

Θηρυκίων ἐκ Δελφῶν παραγενόμενος, ἰδὼν τὸ Φιλίππου στρατόπεδον ἐν Ἰσθμῷ τὰ στενὰ κατειληφότος, Κακοὺς, ἔφη, πυλωροὺς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ Πελοπόννησος ἔχει.

F. 2. ἐνέγραψεν] Corrigendum puto ἔγραψεν, vel ἀντέγραψεν.

III. Legato Elide miſſo, qui ſe idcirco a civibus aiebat miſſum, quod ſolus Laconicam imitaretur vivendi rationem, *Tuane*, inquit, *an reliquorum vita melior eſt?* reſpondente ſuam, *Quomodo igitur*, inquit, *ſervari ea poteſt urbs, in qua de multis unus tantum eſt bonus?*

IV. Dicente quodam Spartæ ſalutem inde proficiſci, quod reges ad imperandum haberet idoneos, *Immo*, inquit, *quia cives ad obtemperandum habet idoneos.*

V. Pyliis majores honores ipſi decernentibus, ſcripſit, *Mediocres honores tempore augeri, nimios aboleri.*

THERYCIONIS.

Therycion Delphis domum proficiſcens cum in Iſthmo videret anguſtias ab exercitu Philippi occupatas, dixit: *Malis vobis*, O Corinthii, *janitoribus utitur Peloponneſus.*

ΘΕΚΤΑΜΕΝΟΥΣ.

Θεκταμένης, καταγνόντων αὐτοῦ θάνατον τῶν ἐφόρων, ἀπῄει μειδιῶν· καί τινος τῶν παρόντων ἐρωτήσαντος εἰ καὶ καταφρονεῖ τῶν τῆς Σπάρτης νομίμων, Οὐχί· εἶπεν, ἀλλὰ γέγηθα ὅτι δεῖ με τὴν ζημίαν ἐκτίσαι ταύτην, παρ' οὐδενὸς οὔτε αἰτήσαντά με, οὔτε δανεισάμενον.

322 ### ΙΠΠΟΔΑΜΟΥ.

Ἱππόδαμος, ὅτε Ἆγις Ἀρχιδάμῳ παρετάσσετο, συμπεμφθεὶς τῷ Ἄγιδι εἰς Σπάρτην ἐκεῖ τὰς χρείας παρέχεσθαι, Ἀλλ' οὗτος, ἔφη, οὗτοι κάλλιον θάνατον ἀποθανοῦμαι ὑπὲρ Σπάρτης ἀνδραγαθῶν; ἦν δὲ βεβιωκὼς ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ στὰς ἐν δεξιᾷ τοῦ βασιλέως, μαχόμενος ἀποθνήσκει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΙΔΟΥ.

α'. Ἱπποκρατίδας πρὸς τὸν τῆς Καρίας σατράπην ἐπιστείλαντα διότι Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ, ἐπιβουλεύ-

A. 2. Ἀρχιδάμῳ] Forte Ἀντιπάτρῳ. Mox πεμφθεὶς τῷ Ἄγιδι, *miſſus ab Agide.* Tum Ἀλλ' αὐτὸς, ἔφη, αὐτόθι κάλλιον θάνατον—. *At ipſe, inquit, hoc in loco honeſtiorem obibo mortem.* Libri non abeunt a vulgata.

THECTAMENIS.

Thectamenes judicio Ephororum addictus morti, ſubridens abibat: ac quodam eorum qui una aderant rogante, anne Spartæ leges contemneret? *Nequaquam*, reſpondit: *ſed lætor hanc mihi ſolvendam eſſe mulctam, quam poſſum neque precario, neque fœnori ſumpto quoquam, præſtare.*

HIPPODAMI.

Hippodamus cum Agide, qui tum Archidamo in caſtris aderat, a rege Spartam miſſus ut ibi res neceſſarias adminiſtraret, *Nonne*, inquit, *honeſtius moriar pro Sparta fortiter pugnans?* (exceſſerat autem jam annum ætatis octogeſimum) ac poſtmodo ſumptis armis, et ad dexteram regi adſtans in pugna mortem obiit.

HIPPOCRATIDÆ.

I. Hippocratidas, Satrapæ Cariæ, qui per litteras ſignificabat Lacedæmonium quendam conſcium inſidiarum ſibi

τοῦ ναυτικοῦ, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν εἰσαγγεῖλαι ὅτι βούλεται Κύρῳ ἐντυχεῖν· ὡς δ' ἤκουσε πίνειν, Περιμενῶ, εἶπεν, ἕως ἂν πίῃ. Καὶ τότε μὲν ἀπηλλάγη, ὡς ἔγνω οὐχ οἷόν τε εἶναι συμβαλεῖν αὐτῷ ἐκείνῃ
D τῇ ἡμέρᾳ, δόξας ἀγροικότερος εἶναι. Τῇ δ' ἐχομένῃ, ὡς πάλιν αὐτὸν πίνειν ἤκουσε, καὶ οὐ προϊόντα, φήσας, Οὐχ οὕτω σπουδαστέον χρήματα λαβεῖν, ὡς μηδὲν ἀνάξιον τῆς Σπάρτης ποιεῖν· ἀπηλλάγη εἰς Ἔφεσον, πολλὰ μὲν ἐπαρώμενος κακὰ τοῖς πρώτοις ἐντρυφηθεῖσιν ὑπὸ βαρβάρων, καὶ διδάξασιν αὐτοὺς ὑβρίζειν διὰ πλοῦτον. Ὤμνυέ τε πρὸς τοὺς παρόντας ὡς, Ὅταν πρῶτον εἰς Σπάρτην παραγένηται, πάντα ποιήσει ὑπὲρ τοῦ διαλλάξαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς φοβερώτεροι τοῖς βαρβάροις
E εἶεν, καὶ παύσαιντο τῆς ἐκείνων ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι δυνάμεως.

γ'. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὁποῖοι ἄνδρες εἰσὶν οἱ Ἴωνες, Ἐλεύθεροι μὲν, ἔφη, κακοὶ, δοῦλοι δὲ ἀγαθοί.

pendia claſſiariis perſolvenda, qua prima venit die, Cyro juſſit nunciari ſe ipſius colloquium expetere: cumque reſponſum eſſet Cyrum bibere, *Expectabo*, inquit, *donec biberit.* Ac tum quidem, ut ſenſit congrediendi ſibi copiam non fieri, diſceſſit relicta de ſe ruſtici hominis opinione. Poſtridie iterum audiens eum bibere, et non prodire, fatus majorem in id operam impendendum, ut nihil indignum Sparta agatur, quam pecunia ut paretur, Epheſum rediit: diris proſecutus eos, qui primi ſeſe barbarorum contumeliis expoſuiſſent, eoſque docuiſſent propter divitias aliis inſultare: juravitque coram præſentibus, ſe, ubi primum Spartam rediiſſet, omnia conaturum ut Græcos in concordiam redigeret, barbaris ita terrori futuros, neque eorum auxiliis, dum ſe invicem premerent, opus poſthac habituros.

III. Interrogatus quales viri eſſent Iones, reſpondit: *In libertate mali, in ſervitute boni.*

223 ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ.

Κλεόμβροτος ὁ Παυσανίου, ξένου τινὸς διαφερομένου πρὸς τὸν πατέρα περὶ ἀρετῆς, Μέχρι τούτου, εἶπεν, κρείσσων σου ἐστὶν ὁ πατὴρ μέχρις ἂν καὶ σὺ γεννήσῃς.

ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΟΥ.

Κλεομένης ὁ Ἀναξανδρίδου τὸν μὲν Ὅμηρον Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν ἔφη, τὸν δὲ Ἡσίοδον, τῶν εἱλώτων· τὸν μὲν γὰρ ὡς χρὴ πολεμεῖν, τὸν δὲ ὡς χρὴ γεωργεῖν, παρηγγελκέναι.

β'. Ἀνοχὰς δὲ ἑφθημέρους πρὸς Ἀργείους ποιησάμενος, φυλάξας αὐτοὺς τῇ τρίτῃ νυκτὶ κοιμωμένους,
B διὰ τὸ πεποιθέναι ταῖς σπονδαῖς, ἐπέθετο· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβεν.

γ'. Ὀνειδιζόμενος δὲ ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν ὅρκων, οὐκ ἔφη προσομωμοκέναι ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας· ἄλλως τε καὶ ὅ, τι ἂν κακόν τις ποιῇ τοὺς πολεμίους, τοῦτο καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις δίκης ὑπέρτερον νομίζεσθαι.

CLEOMBROTI.

Cleombrotus Pauſaniæ filius hoſpiti cum patre de virtute contendenti, *Eo uſque*, inquit, *pater te præſtabit, dum et tu genueris.*

CLEOMENIS ANAX. F.

I. Cleomenes Anaxandridæ filius *Homerum Lacedæmoniorum poetam eſſe* dicebat, *Heſiodum ſervorum Heilotum:* illum enim præcepiſſe quomodo bellum ſit gerendum: hunc, quomodo agri colendi.

II. Hic aliquot dierum pactus cum Argivis inducias, cum exploraſſet eos tertia nocte dormire, fretos induciis, adortus partim necavit, partim cepit.

III. Cum ei violatio jurejurandi exprobaretur, negabat ſe una cum diebus noctes in eo complexum fuiſſe: cæterum, quocunque quis hoſtes modo læderet, et apud deos et apud homines ſummo jure factum putari.

αὐτὸν Πολυκράτει τῷ τυράννῳ πολεμεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μακρολογοῦσιν, Ὧν εἰρήκατε, ἔφη, τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς οὐ μέμνημαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰ μέσα οὐ συνίημι· τὰ δ' ἐπὶ πᾶσιν οὐ δοκιμάζω.

η'. Πειρατοῦ δὲ καταδραμόντος τὴν χώραν, καὶ ὡς ἑάλω, λέγοντος, Ὅτι τροφὴν οὐκ εἶχον τοῖς στρατιώταις παρέχειν, πρὸς τοὺς ἔχοντας οὖν, ἑκόντι δ' οὐκ ἂν δόντας, βίᾳ ληψόμενος ἦλθον· ἔφη, Σύντομος ἡ πονηρία.

θ'. Φαύλου δέ τινος κακῶς αὐτὸν λέγοντος, Ἆρα διὰ τοῦτο, ἔφη, πάντας σὺ κακῶς λέγεις, ἵνα ἀπολο-
E γούμενοι μὴ εὐκαιρῶμεν περὶ τῆς σῆς κακίας λέγειν.

ι'. Τῶν δὲ πολιτῶν τινος λέγοντος ὅτι τὸν ἀγαθὸν βασιλέα πάντη πάντως πρᾶον εἶναι δεῖ, Οὐκοῦν, ἔφη, ἄχρι τοῦ μὴ εὐκαταφρόνητον εἶναι.

ια'. Ἑλκυσθεὶς δὲ νόσῳ μακρᾷ, ἐπεὶ καθάρταις καὶ μάντεσι προσεῖχε, τὸ πρὶν οὐ προσέχων, θαυμάζοντός

tibus ut bellum Polycrati tyranno faceret, ſic reſpondit: *Eorum quæ dixiſtis, prima non memini, ideoque ne media quidem intelligo: ultima vero mihi non probantur.*

VIII. Cum maritimus prædo incurſiones in agrum feciſſet Laconicum, eſſetque deprehenſus, ac diceret, Se non habuiſſe unde ſtipendia militibus ſuis perſolveret, neque ſe ab habentibus potuiſſe impetrare ultro ut darent, itaque veniſſe, ut vi auferret: *Compendioſam hanc eſſe dixit malitiam.*

IX. Maledictis ab improbo quodam proſciſſus, *Videre,* inquit, *mihi propterea omnibus male dicere, ut nobis defendendis noſtris conviciis tempus de tua malitia dicendi præripiatur.*

X. Quodam cive dicente bonum regem debere uſquequaque benignum eſſe: *Sane,* inquit, *dum non exponat ſe contemptui.*

XI. Diuturno vexatus morbo, cum animum luſtratoribus nonnullis atque ariolis, de quibus ante diverſum ſenſerat, adverteret, miranti factum:

τῶν πλησίων, Νὴ τὰς θεοὺς, ἔφη, οὗτος παρ' ἐμοὶ ψωμοποιός.

ιϛ'. Μαιάνδρου δὲ τοῦ τῆς Σάμου τυράννου διὰ τὴν Περσῶν ἔφοδον εἰς Σπάρτην φυγόντος, καὶ ἐπιδείξαντος ὅσα κεκομίκει χρήματα, χαριζομένου τε ὅσα βούλεται, ἔλαβε μὲν οὐδέν, εὐλαβούμενος δὲ μὴ ἑτέροις τισὶ τῶν ἀστῶν διαδῷ, πορευθεὶς ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους, Ἄμεινον, ἔφη, εἶναι τῇ Σπάρτῃ τὸν ξένον ἑαυτοῦ Σάμιον ἀπαλλάττεσθαι τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ πείσῃ τινὰ τῶν Σπαρ-

B τιατῶν κακὸν γενέσθαι. Οἱ δὲ ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν τὸν Μαίανδρον αὐτῆς ἡμέρας.

ιζ'. Εἰπόντος δέ τινος, Διὰ τί πολεμοῦντας ὑμῖν Ἀργείους πολλάκις κρατήσαντες οὐκ ἀνῃρήκατε; Οὐδ' ἀνέλοιμεν, ἔφη, ὡς ἂν γυμναστὰς τοῖς νέοισιν ἔχοιμεν.

ιη'. Πυνθανομένου δέ τινος αὐτοῦ διὰ τί Σπαρτιᾶται τοῖς θεοῖς οὐκ ἀνατιθέασι τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων σκῦλα, Ὅτι, ἔφη, ἀπὸ δειλῶν ἐστι· τὰ γοῦν ἀπὸ τῶν κεκτημένων διὰ

dam, qui pone erat, oſtenſo, *Mehercle*, dixit, *hic apud me coquorum optimus eſt*.

XVI. Mæander Sami tyrannus ob irruptionem Perſarum Spartam confugerat, eique oſtendebat quantum pecuniæ attuliſſet, donoque offerebat quantum accipere vellet: accepit nihil: ſed veritus ne aliis civium ea elargiretur, ad Ephoros ſe contulit, atque e re Spartæ fore docuit, ſi hoſpes ſuus Samius Peloponneſo diſcederet, ne quem corrumperet Spartanum. Ephori parentes conſilio, ea ipſa die publico edicto cedere Mæandrum juſſerunt.

XVII. Dicenti, cur Argivos devictos, qui ſæpe bellum contra vos ſuſceperunt, non deleviſtis? *Nequaquam delendi nobis ſunt*, reſpondit, *ne deſint qui juvenes noſtros exerceant*.

XVIII. Interroganti cur Spartani capta ex hoſtibus ſpolia non ſuſpenderent diis: *Quia*, inquit, *e timidis capta ſunt: talia autem neque cerni*

γʹ. Ἐρωτηθεὶς δὲ τί δεῖ μάλιστα μανθάνειν τοὺς ἐλευθέρους παῖδας, Ταῦτ᾽, ἔφη, ὅσ᾽ ἂν αὐτοὺς ὠφελήσαι ἄνδρας γενομένους.

δʹ. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τίνα αἰτίαν ὀλιγοποτοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, ἔφη, Ἵνα μὴ ἄλλοι ὑπὲρ ἡμῶν βουλεύωνται, ἀλλ᾽ ἡμεῖς ὑπὲρ ἄλλων.

ΛΕΩΤΥΧΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ.

αʹ. Λεωτυχίδας ὁ Ἀρίστωνος, πρὸς τὸν εἰπόντα ὅτι,
E Κακῶς σε οἱ τοῦ Δημαράτου λέγουσι, Μὰ τοὺς θεοὺς, ἔφη, οὐ θαυμάζω, καλῶς γὰρ λέγειν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν δυνηθείη.

βʹ. Τῇ δ᾽ ἐγγυτέρῳ πύλῃ δράκοντος περὶ τὴν κλεῖν ἑλιχθέντος, καὶ τῶν μάντεων τέρας ἀποφαινομένων εἶναι, Οὔτι ἔμοιγ᾽, ἔφη, δοκεῖ, ἀλλ᾽ εἰ ἡ κλεὶς τῷ δράκοντι περιειλίχθη, τέρας ἂν ἦν.

γʹ. Πρὸς Φίλιππον τὸν ὀρφεοτελεστὴν παντελῶς πτωχὸν ὄντα, λέγοντα δ᾽ ὅτι οἱ παρ᾽ αὐτῷ μυηθέντες μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εὐδαιμονοῦσι, Τί οὖν, ὦ ἀνόητε, εἶπεν,

III. Rurſum interrogatus, Quidnam maxime ingenuis pueris ſit diſcendum: *Ea*, retulit, *quæ prodeſſe queunt virilem ætatem aſſecutis.*

IV. Quærenti cur pauco potu uterentur Spartani, reſpondit: *Ne alii de nobis conſultent, ſed nos pro aliis.*

LEOTYCHIDÆ ARISTONIS F.

I. Leotychidas Ariſtonis filius narranti, Male tibi dicunt Demarati filii: reſpondit, *Non mehercle miror: bene enim eorum nemo loqui poſſit.*

II. Cum propioris portæ peſſulo ſe draco circumplicaviſſet, idque oſtentum vates dicerent: *Non ſane*, dixit, *hoc mihi videtur: cæterum tum putarem eſſe portentum, ſi peſſulus anguem circumplicaviſſet.*

III. Philippo Orphei ſacrificulo extreme pauperi, dicenti abs ſe ſacris initiatos poſt mortem beatos eſſe: *Cur*, inquit, *fatue, non quamprimum moreris, ut deſinas tandem infelici-*

οὐδὲν διαφέρεις, Ἀλλ' οὐκ ἄν, ἔφη, εἰ μὴ βελτίων ὑμῶν ἤμην, ἐβασίλευον.

β'. Τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Γοργοῦς πυνθανομένης ὅτε εἰς Θερμοπύλας ἐξῄει τῷ Πέρσῃ μαχούμενος, εἴ τι αὐτῇ ἐντέλλεται, ἔφη, Ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι καὶ ἀγαθὰ τίκτειν.

γ'. Λεγόντων δὲ τῶν Ἐφόρων ὀλίγους ἄγειν αὐτὸν εἰς Θερμοπύλας, ἔφη, Πολλοὶ πρὸς ἣν βαδίζομεν πρᾶξιν.

δ'. Πάλιν δὲ αὐτῶν εἰπόντων, Μή τι ἕτερόν τι διέγνωκας ποιεῖν; Τὰς παρόδους τῶν βαρβάρων κωλύειν, τῷ λόγῳ, ἔφη, τῷ δ' ἔργῳ, ἀποθανούμενος ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων.

B ε'. Γενόμενος δὲ ἐν Θερμοπύλαις, πρὸς τοὺς συστρατιώτας εἶπε, Λέγοντι τὸν βάρβαρον ἐγγὺς γενόμενον, ἄμμε δὲ χρονοτριβέειν· ἤδη γὰρ ἤκαμες τοὺς βαρβάρους, ἢ αὐτοὶ τεθνάναι μέλλομες.

ς'. Λέγοντος δέ τινος, Ἀπὸ τῶν οἰστευμάτων τῶν

qui nunquam rex veſter factus eſſem, niſi vobis præſtarem.

II. Proficiſcens ad Thermopylas, ut cum Perſis dimicaret, uxori Gorgoni ſcitanti quid ipſi mandaret: *Ut bonis*, inquit, *nubas*, *et bonam prolem parias.*

III. Ephoris dicentibus paucos ipſum ad Thermopylas ducere: *Satis*, reſpondit, *multos*, *ad id quod ſumus acturi.*

IV. Rurſum quærentibus, an aliud ſtatuiſſet agere, ſic reſpondit: *Verbis præ me fero, ire me ut barbaris tranſitus intercludam: re vera proficiſcor moriturus pro Græcis.*

V. Poſtquam in Thermopylas cum ſuis venit, ita eos eſt allocutus: *Narrant barbarum eſſe in vicinia*, *nos autem tempus terere*; *jam enim aut moriendum eſt nobis*, *aut vincendi barbari.*

VI. Dicente quodam fore

ιαʹ. Πάλιν δὲ τοῦ Ξέρξου γράψαντος, Πέμψον τὰ
D ὅπλα, ἀντέγραψεν, Μολὼν λάβε.

ιβʹ. Βουλομένου δ' αὐτοῦ ἤδη τοῖς πολεμίοις ἐπιτίθεσθαι, οἱ πολέμαρχοι πρὸς αὐτὸν ἔφασαν ὅτι δεῖ προσμένειν αὐτὸν τοὺς ἄλλους συμμάχους. Οὐ γὰρ, ἔφη, πάρεισιν οἱ μάχεσθαι μέλλοντες; ἢ οὐκ ἴστε ὅτι μόνοι πρὸς τοὺς πολεμίους μάχονται οἱ τοὺς βασιλέας αἰδούμενοι καὶ φοβούμενοι;

ιγʹ. Τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλεν, Ἀριστοποιεῖσθαι ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους.

ιδʹ. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί οἱ ἄριστοι τὸν ἔνδοξον θάνατον τῆς ἀδόξου προκρίνουσι ζωῆς, Ὅτι, ἔφη, ὃ μὲν, τῆς φύσεως ἴδιον, τὸ δὲ, αὐτῶν εἶναι νομίζουσιν.

E ιεʹ. Τοὺς δὲ ἠϊθέους βουλόμενος σῶσαι, καὶ ἐπιστάμενος ἄντικρυς οὐκ ἀνεξομένους, σκυτάλας δοὺς καθ' ἕνα αὐτῶν πρὸς τοὺς Ἐφόρους ἔπεμψε. Καὶ τῶν τελείων δὲ τρεῖς ἐβουλήθη διασῶσαι· οἱ δὲ συννοήσαντες οὐκ ἠνέσχοντο λαβεῖν τὰς σκυτάλας· ὧν ὁ μὲν εἶπεν, Οὐ

XI. Eidem ſcribenti ut arma ſibi mitteret, reſcripſit, *Veni et accipe.*

XII. Cum adoriri jam vellet hoſtes, et polemarchi reliquos eum juberent exſpectare ſocios: *Quid*, inquit, *an non adſunt qui ſunt pugnaturi, aut neſcitis ſolos eos cum hoſte manum conſerere, qui reges reverentur et metuunt?*

XIII. Milites monuit, ut *ita pranderent, tanquam apud inferos cœnaturi.*

XIV. Interrogatus cur optimi nobilem mortem obſcuræ vitæ anteponerent, reſpondit: *Quia hoc proprium naturæ, illud ſibi eſſe cenſent.*

XV. Cum cuperet adoleſcentulos eripere neci, et liquido ſciret id non paſſuros, uni poſt alterum ſcytalam dedit, ac cum ea ad Ephoros miſit. Sed et de his qui jam ætate erant perfecta, tres eodèm modo voluit ſervare: ii autem accipere ſcytalas noluerunt: primus aiebat, *ſe non ut tabellarium, ſed ut militem in exer-*

γένους ὑπάρχοντες, ἐν τῇ τοῦ βίου ἀγωγῇ παρὰ πολὺ
126 ἀλλήλων διάφοροι ἀπέβησαν· καὶ ποιητικωτέρα τῆς
φύσεως ἡ ἄσκησις πρὸς τὰ καλὰ τυγχάνει; Τινὲς δέ
φασιν ὡς οὐ παρήγε σκύλακας οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγο-
νότες ἐτύγχανον, ἀλλ' ὁ μὲν ἐξ οἰκουρῶν, ἕτερος δὲ
κυνηγετῶν· κἄπειτα τὸν μὲν ἐκ τοῦ χείρονος γένους
πρὸς τὰ κυνηγέσια ἤσκησε, τὸν δὲ ἐκ τοῦ ἀμείνονος
περὶ λιχνείας μόνον ἤσκησε· εἶθ' ἑκατέρου ἐφ' ἃ εἴθιστο
ὁρμήσαντος, φανερὸν ποιήσας ὅσον ἡ ἀγωγὴ πρὸς τὰ
ἀμείνω καὶ χείρω συλλαμβάνεται, εἶπεν, Οὐκοῦν καὶ
ἡμᾶς, ὦ πολῖται, οὐδὲν ἡ παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμα-
ζομένη εὐγένεια, καὶ τὸ ἀφ' Ἡρακλέους εἶναι, ὀνίνησιν, εἰ
B μὴ πράττομεν δι' ἃ ἐκεῖνος ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπι-
δοξότερος καὶ εὐγενέστερος ἐφάνη, ἀσκούμενοι καὶ μανθά-
νοντες καλὰ δι' ὅλου τοῦ βίου.

β'. Ἀναδασμὸν δὲ τῆς γῆς ποιήσας, καὶ ἅπασιν ἴσον

A. 4. δὲ κυνηγετῶν] Rectius fuerat δ' ἐκ κυνηγετικῶν: quorum illud addit Venet. hoc habet Jun.

A. 7. ἑκατέρου] Sumpſi ex Voſſ. T. P. Vulgo ἑκάστου.

cives, bos iiſdem natos parentibus educatione admodum diſſimiles effectos, et exercitatione magis quam natura ad virtutem nos formari? Quidam dicunt, non produxiſſe eum catulos eorundem canum, ſed alterum e domi deſidentibus, alterum de venaticis ſuſtuliſſe, ac domeſticum ab eo fuiſſe venationi, venaticum catulum voracitati adſuefactum: cumque utroque ad id ſe proripiente, quod ei erat factum uſu familiare, civibus oſtendiſſet quantum ad meliora aut deteriora ſtudia conferret educatio, dixiſſe: *Proinde vos quoque, Spartani, videtis, nihil nobis illam vulgo celebratam nobilitatem, ductumque ab Hercule genus prodeſſe, niſi ea agimus, quibus ille omni alia humana gloria et celebritate majorem ſibi paravit, honeſta per omnem vitam diſcentes exercenteſque.*

II. Cum agrorum diviſionem ita inſtituiſſet, ut omni-

μήτε κατακρύψαι δυνατὸν ἦν, μήτε κτήσασθαι ζηλωτὸν,
D μήτε χρήσασθαι ἀκίνδυνον, μήτε ἐξάγειν ἢ ἐπάγειν ἀσφαλές. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἁπάντων τῶν περιττῶν ξενηλασίαν ἐποιήσατο· διὸ οὔτε ἔμπορος, οὔτε σοφιστὴς, οὔτε μάντις ἢ ἀγύρτης, οὔτε τῶν κατασκευασμάτων δημιουργὸς εἰσῄει εἰς τὴν Σπάρτην. Οὐδὲ γὰρ νόμισμα παρ' αὐτοῖς εὔχρηστον εἴασε, μόνον δὲ τὸ σιδηροῦν εἰσηγήσατο, ὃ ἐστι μνᾶ ὁλκῇ Αἰγιναία, δυνάμει δὲ χαλκοῖ τέσσαρες.

δ'. Ἐπιθέσθαι δὲ τῇ τρυφῇ καὶ τὸν ζῆλον ἀφελέσθαι τοῦ πλούτου διανοηθεὶς, τὰ συσσίτια εἰσηγήσατο. Πρὸς γοῦν
E τοὺς ἐπιζητοῦντας, διὰ τί ταῦτα συνεστήσατο, καὶ μεθ' ὅπλων κατ' ὀλίγους τοὺς πολίτας διῄρηκεν, Ὅπως, εἶπεν, ἐξ ἑτοίμου τὰ παραγγελλόμενα δέχωνται, καὶ ἐάν τι νεωτερίζωσιν, ἐν ὀλίγοις ᾖ τὸ ἀμπλάκημα· ἰσομοιρία τε τῆς τροφῆς καὶ πόσεως ᾖ, καὶ μήτε πόσει τινὶ ἢ βρώσει, ἀλλὰ μηδὲ στρωμνῇ ἢ σκεύεσιν, ἢ ἄλλῳ τινὶ τὸ σύνολον πλέον ἔχῃ ὁ πλούσιος τοῦ πένητος.

magnum haberetur, neque uſus periculo careret, neque in commerciis apud exteros locum haberet. Præterea omnibus ſupervacaneis rebus Sparta interdixit. Quare nullus mercator, rhetor, ariolus, aut circulator, aut ſupellectilis ſupervacaneæ opifex Spartam veniebat: cum ibi numiſma utile abolitum eſſet, ſolumque ferreum uſurparetur, cujus mina Æginenſis quatuor aſſes æreos valeret.

IV. Ut autem luxum exſcindere, et divitiarum ſtudium exſtirpare poſſet, convictus (*ſyſſitia*, quod cibum multi una caperent, Græci dicunt) inſtituit. Proinde cauſam quærentibus, cur ea introduxiſſet, civeſque ita diviſiſſet, ut pauci armati ſimul diſcumberent, reſpondit: *Ut prompte mandata capeſſant, et ſi quid rerum novarum moliantur, penes paucos ſit peccatum.* Æqualibus autem portionibus cibus potuſque cunctis diſtribuebatur, et non hac modo in re, ſed et veſte ſtragula, vaſiſque et aliis in univerſum omnibus rebus nihil amplius diviti erat atque pauperi.

αὐτὸν, καὶ ἔβαλον, καταλεῦσαι βουλόμενοι· διωκόμενος
δὲ διέπεσε διὰ τῆς ἀγορᾶς· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἔφθασεν
εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς καταφυγών· Ἄλ-
κανδρος δὲ ἐπιστραφέντος αὐτοῦ διώκων, τῇ βακτηρίᾳ τὸν
ὀφθαλμὸν ἐξέκοψεν αὐτοῦ. Τοῦτον δὲ κοινῷ δόγματι
παραλαβὼν ἐπὶ τιμωρίᾳ, οὔτε κακῶς διέθηκεν, οὔτε
B ἐμέμψατο, συνδιαιτώμενον δὲ ἔχων, ἀπέδειξεν ἐπαινέτην
αὐτοῦ τε καὶ τῆς διαίτης ἣν εἶχε, σὺν αὐτῷ, καὶ καθόλου
τῆς ἀγωγῆς ἐραστήν. Τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα ἱδρύ-
σατο ἐν τῷ τῆς Χαλκιοίκου τεμένει ἱερὸν Ἀθηνᾶς,
Ὀπτιλλέτιν προσαγορεύσας· τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς Ὀπ-
τίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς λέγουσι.

η΄. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί οὐκ ἐχρήσατο νόμοις ἐγγράφοις, Ὅτι, ἔφη, οἱ πεπαιδευμένοι καὶ ἀχθέντες τῇ προσηκούσῃ ἀγωγῇ τὸ τοῦ καιροῦ χρήσιμον δοκιμάζουσι.

θ΄. Πάλιν δ᾽ ἐπιζητούντων τινῶν διὰ τί ὀροφὴν ἀπὸ
C πελέκεως ταῖς οἰκίαις ἐπιτιθέναι προσέταξε, θύρας δὲ ἀπὸ

B. 1. ἀπέδειξεν] Sic Voſſ. T. P. Vulgo ἐπέδειξεν.

maledictis eum proſciderunt, lapidibuſque obruere aggreſſi ſunt. Fuga cum ſe per forum proripuiſſet, et cæteris evitatis in fanum Minervæ Chalciœci confugiſſet, Alcander eum inſequens, reſpicientis oculum baculo excuſſit. Hunc Lycurgus plebis ſcito ſibi traditum ut pœnas ſumeret, neque ultus eſt, neque objurgavit: ſed adhibitum ſuo convictui, laudatorem vitæ rationis quam una uſurpabat, ſtudioſumque omnium ſuarum actionum reddidit. Monimentum autem ſui caſus poſuit ad fanum Chalciœci, ſacellum Minervæ Optiletidis: nam oculi Dorienſium iſtorum lingua *optili* dicuntur.

VIII. Interrogatus cur ſcriptis legibus non eſſet uſus, reſpondit, *Quia recte inſtituti atque educati norunt utilitatem temporis.*

IX. Aliis ſciſcitantibus cur ad faſtigium domus faciendum ſola ſecuri, ad januam ſola ſerra uti, nullo alio inſtrumento per-

διεπόνησεν, Ἵν᾽, ἔφη, ἡ τῶν γεννωμένων ῥίζωσις, ἰσχυρὰν ἐν ἰσχυροῖς σώμασιν ἀρχὴν λαβοῦσα, καλῶς βλαστάνῃ· αὐταί τε μετὰ ῥώμης τοὺς τόκους ὑπομένουσαι, ῥᾳδίως τε ἅμα καὶ καλῶς ἀγωνίζωνται πρὸς τὰς ὠδῖνας· καὶ εἴ τις ἀνάγκη γένοιτο, δύνωνται ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τέκνων καὶ τῆς πατρίδος μάχεσθαι.

E ιγʹ. Μεμφομένων δέ τινων τὴν γύμνωσιν τῶν παρθένων ἐν ταῖς πομπαῖς, καὶ τὴν αἰτίαν ζητούντων, Ἵν᾽, ἔφη, τὰ αὐτὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐπιτηδεύουσαι, μηδὲν μεῖον ἔχωσι μήτε κατὰ σώματος ἰσχὺν καὶ ὑγείαν, μήτε κατὰ ψυχῆς φιλοτιμίαν καὶ ἀρετήν· δόξης δὲ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπερφρονῶσιν. Ὅθεν καὶ περὶ Γοργοῦς ἱστορεῖται τῆς Λεωνίδου γυναικὸς τοιοῦτον· εἰπούσης γάρ τινος, ὡς ἔοικεν, ξένης πρὸς αὐτὴν ὡς, Μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε
F ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, ἀπεκρίνατο, Μόναι γὰρ ἡμεῖς ἄνδρας τίκτομεν.

ιδʹ. Εἴρξας δὲ τοὺς ἀγάμους τῆς ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις θέας, καὶ ἀτιμίαν προσθεὶς, πολλὴν πρόνοιαν

reſpondit ; *Ut in valido corpore fœtus validas agens radices pulchre adoleſcat, ipſæque deinde mulieres robore in partu fretæ dolores facile ſuſtineant atque ſuperent : utque ſi ita neceſſitas poſtulet, pro ſe ſuiſque liberis et patria poſſint pugnare.*

XIII. Reprehendentibus virginum in pompis ſolennibus nudationem, cauſamque ejus requirentibus : *Ut*, inquit, *eadem cum viris exercentes ſtudia, neque viribus corporis et ſanitate, neque animi contentione et virtute iis cedant, popularemque deſpiciant opinionem de ſe.* Hinc eſt, quod Gorgo Leonidæ uxor narratur peregrinæ cuidam mulieri ad ipſam dicenti, *Solæ vos Lacænæ viris imperatis*, reſpondiſſe : *Solæ enim nos viros parimus.*

XIV. Ludorum nudorum ſpectaculo interdicens cœlibibus, addenſque ignominiam,

τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας συνεῖναι τοῖς ἡλικιώταις καὶ τὰς
νύκτας ὅλας συναναπαύεσθαι, τῇ δὲ νύμφῃ κρύφα καὶ
μετ' εὐλαβείας συνεῖναι, Ὅπως, ἔφη, καὶ τοῖς σώμασιν
ἰσχυροὶ ὦσι, διακορεῖς μὴ γενόμενοι, καὶ τῷ φιλεῖν ἀεὶ
B καινοὶ ὑπάρχωσι, καὶ τὰ ἔγγονα ἐρρωμενέστερα παρέχωσι.

ιη'. Καὶ τὸ μὲν μύρον ἐξήλασεν, ὡς τοῦ ἐλαίου
φθορὰν καὶ ὄλεθρον· τὴν δὲ βαφικὴν, ὡς κολακείαν
αἰσθήσεως.

ιθ'. Πᾶσι δὲ τοῖς περὶ τὸν τοῦ σώματος καλλωπισμὸν δημιουργοῖς ἀνεπίβατον ἐποίησε τὴν Σπάρτην, ὡς διὰ τῆς κακοτεχνίας τὰς τέχνας λυμαινομένοις.

κ'. Τοσαύτη δ' ἦν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους σωφροσύνη τῶν γυναικῶν, καὶ τοσοῦτον ἀπεῖχε τῆς ὕστερον
περὶ αὐτὰς εὐχερείας, ὥς πρότερον ἄπιστον εἶναι τὸ τῆς
μοιχείας παρ' αὐταῖς. Καὶ λόγος ἀπομνημονεύεται Γερα-
C δάτα τινὸς Σπαρτιάτου τῶν σφόδρα παλαιῶν, ὃς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου τί πάσχουσιν οἱ μοιχοὶ παρ' αὐτοῖς, οὐδὲν
γὰρ ὁρᾶν περὶ τούτων νενομοθετημένον ὑπὸ Λυκούργου· εἶπεν,

majorem diei partem totamque noctem cum æqualibus degere, cum ſponſa autem furtim et caute congredi: *Eo*, inquit, *hæc tendunt*, *ut et validi corporibus maneant*, *neque ſatietas inceſſat*, *et amor ſemper ſit recens*, *prolemque edat validam.*

XVIII. Unguentum ex urbe ſuſtulit, ut olei perniciem: itemque tincturam, ut ſenſus adulationem.

XIX. Omnibus vero fucandi exornandique corporis artem tractantibus, Spartam inacceſſam eſſe juſſit, quod malis artibus mores corrumperent.

XX. Tanta fuit iſto tempore mulierum pudicitia, tantumque abfuit a levitate earum quæ poſtea temporis extitit, ut crimen adulterii apud ipſas habitum ſit pro incredibili. Ac ſermo memoria fertur Geradatæ cujuſdam e priſcis Spartanis, qui interrogatus ab hoſpite qua pœna Spartæ in adulteros vindicetur, nihil enim ſe videre hac de re a Lycurgo ſtatutum: reſpondit,

κδ'. Ἐρωτῶντος δέ τινος διὰ τί πυκνὰ μεταστρατοπεδεύειν κελεύει, Ὅπως, εἶπε, πλείω τοὺς ἐχθροὺς βλάπτοιμεν.

κε'. Ἄλλου δ' ἐπιζητοῦντος διά τι πυργομαχεῖν ἀπεῖπε, Ἵνα, ἔφη, μὴ ὑπὸ γυναικὸς ἢ παιδὸς ἤ τινος E παραπλησίου ἀνθρώπου οἱ ἀμείνονες ἀποθνήσκωσιν.

κς'. Τοῖς δὲ συμβουλευομένοις τῶν Θηβαίων περὶ τῆς ἱερουργίας καὶ τοῦ πένθους ἣν ποιοῦνται τῇ Λευκοθέᾳ, συνεβούλευσεν, Εἰ μὲν θεὸν ἡγοῦνται, μὴ θρηνεῖν· εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ ἱερουργεῖν ὡς θεῷ.

κζ'. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τῶν πολιτῶν, Πῶς ἂν πολεμίων ἔφοδον ἀλεξοίμεθα; Ἐὰν πτωχοὶ, ἔφη, ἦτε, καὶ μὴ μεῖζον ἅτερος θατέρου ἐρεείνῃ.

κη'. Καὶ πάλιν ἐπιζητούντων περὶ τειχῶν, Οὐκ, ἔφη, πόλιν εἶναι ἀτείχιστον ἥτις ἀνδράσι καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται.

F κθ'. Ἐπεμέλοντο δὲ οἱ Σπαρτιᾶται καὶ τῆς κόμης, ἀπομνημονεύοντές τινα Λυκούργου λόγον περὶ τούτου,

XXIV. Scitanti cur crebro jubeat movere caſtra: *Ut*, inquit, *pluribus hoſtes damnis afficiamus.*

XXV. Alii quærenti cur turrium ac murorum oppugnatione ſuis interdixiſſet: reſpondit, *Ne a muliere aut puero aut eorum ſimili homine præſtantiores interficiantur.*

XXVI. Conſultantibus Thebanis de ſacrificio et luctu quibus Leucotheam venerantur, ſuaſit, *Si deam eſſe crederent, ne lugerent: ſi hominem, ne ſacrificarent, tanquam numini.*

XXVII. Quærentibus civibus quo pacto hoſtium inſultus amolirentur, *Si*, inquit, *pauperes ſitis, neque unus altero amplius quærat.*

XXVIII. Interrogantibus etiam de muris quid ſentiret, dixit, *Urbem munitione non carere, quæ viris non lateribus coctis cincta ſit.*

XXIX. Comam quoque colebant Spartani, Lycurgi memorantes dictum, qui, *co-*

γατέρι κομίζειν, Αὐτὴν ἐκείνην, ἔφη, βέλτιον αἱρήσεται· καὶ λαβὼν ἀμφοτέρας, ἀπῆλθεν.

β΄. Ὁ δὲ Λύσανδρος, δεινὸς σοφιστὴς γενόμενος, καὶ ἀπάταις τὰ πολλὰ ποικίλλων, τὸ δίκαιον ἐν μόνῳ τῷ λυσιτελεῖ τιθέμενος, καὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ συμφέροντι, Τὸ ἀληθὲς, ἔλεγε, τοῦ ψεύδους κρεῖττον εἶναι, ἑκατέρου δὲ
B τῇ χρείᾳ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν ὁρίζεσθαι.

γ΄. Πρὸς δὲ τοὺς ψέγοντας αὐτὸν ἐπὶ τῷ δι᾽ ἀπάτης τὰ πλεῖστα πράττειν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Ἡρακλέους, καὶ δόλῳ οὐκ ἄντικρυς κατορθοῦντα, γελῶν ἔλεγεν, Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι τὴν ἀλωπεκῆν.

δ΄. Ἀπομεμφομένων δ᾽ ἑτέρων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς παραβάσεσι τῶν ὅρκων οὓς ἐν Μιλήτῳ ἐποιήσατο, ἔλεγε, Τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις δεῖ ἐξαπατᾶν, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις.

ε΄. Νικήσας δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐξ ἐνέδρας περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς καὶ λιμῷ πιέσας αὐτοὺς, παρεστήσατο τὴν πόλιν, καὶ ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, Ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι.

ſiſſet, fatus ipſam filiam rectius delecturam, utraque ſumpta abiit.

II. Hic homo verſutus, et pleraque fraudibus miſcens, juſque in ſola ponens utilitate, veritatem aiebat nihilo meliorem eſſe mendacio, ſed utriuſque dignitatem et pretium uſu definiri.

III. Reprehendentibus ipſum, et indignum Hercule dicentibus, quod pleraque impoſturis ageret, doloque res non ingenue gereret, ridens reſpondit: *Ubi non ſufficit leonina pellis, adſuenda eſt vulpina.*

IV. Aliis vituperantibus ipſum ob violatum jusjurandum, quod Mileti dixerat: *Pueros talis, viros ſacramentis decipi debere*, reſpondit.

V. Cum Athenienſes ex inſidiis viciſſet ad Ægos potamos, fameque preſſos urbem dedere coegiſſet, Ephoris ſcripſit: *Captæ ſunt Athenæ.*

βίῳ πέπρακται· Πότερον οὖν σοῦ τοῦτο κελεύσαντος ἢ τῶν θεῶν τοῦτο δεῖ ποιεῖν; ἐπηρώτησε. Φαμένου δὲ, Τῶν θεῶν· Σὺ τοίνυν, ἔφη, ἐκποδών μοι κατάστηθι, κἀκείνοις ἐρῶ, ἐὰν πυνθάνωνται.

E ια'. Πέρσου δ' ἐρωτήσαντος ποίαν μάλιστα ἐπαινεῖ πολιτείαν, Ἥτις, ἔφη, τοῖς ἀνδρείοις καὶ δειλοῖς τὰ προσήκοντα ἀποδίδωσι.

ιβ'. Πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα ὅτι ἐπαινοίη αὐτὸν καὶ ὑπερασπάζοιτο, Δύο βοῦς, ἔφη, ἐν ἀγρῷ ἔχω· σιγώντων δ' ἀμφοτέρων, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι τόν τε ἀργὸν καὶ τὸν ἐργαζόμενον.

ιγ'. Λοιδορουμένου δέ τινος αὐτῷ, εἶπε, Λέγε πυκνῶς, ὦ ξενύλλιον, λέγε μηδὲν ἐλλείπων, ἂν σου δυνῇ τὰν ψυχὰν κενῶσαι κακῶν, ὧν ἔοικας πλήρης εἶναι.

ιδ'. Χρόνῳ δ' ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν ἀντιλογίας συμμαχικῆς γενομένης, Ἀγησίλαος ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Λυσάνδρου οἰκίαν, ὅπως τὰ περὶ αὐτῆς

E. 5. ὑπερασπάζοιτο] Ita Voſſ. et T. Omnes alii, et vulgo, ὑπερασπίζοιτο.

lus, *Tuone*, inquit, *an deorum juſſu?* reſpondenti, Deorum: *Tu itaque*, ait, *apage hinc*, *et ego diis*, *ubi interrogabunt*, *dicam*.

XI. Perſæ quærenti quam reipublicæ formam maxime probaret: *In qua*, inquit, *fortibus et ignavis ſuum tribuitur*.

XII. Dicenti, laudo te et defendo, reſpondit, *Duos ſe ruri habere boves*, *quibus tacentibus*, *ſe tamen exquiſite noſſe uter eorum piger ſit*, *uter induſtrius*.

XIII. Cuidam peregrino convicia in ipſum jacienti dixit: *Crebro iſta dicito*, *dicito abſque intermiſſione*, *ſi fortaſſis animi tui mala*, *quibus plenus videris eſſe*, *poſſis egerere*.

XIV. Aliquo poſt mortem ejus tempore oborta ſociali controverſia, Ageſilaus domum Lyſandri venit inſpectu-

τὴν τελευτὴν πένητος εὑρεθέντος ἀπειπαμένους, ἐζημίωσαν οἱ Ἔφοροι, ὅτι πλούσιον μὲν νομίζοντες ἐθεράπευον, δίκαιον δὲ καὶ χρηστὸν ἐκ τῆς πενίας ἐπιγνόντες, ὑπερεῖδον.

ΝΑΜΕΡΤΟΥ.

Ναμέρτης πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς, μακαρίζοντός τινος αὐτὸν τῶν ἐκεῖθι διότι πολύφιλος εἴη, ἠρώτησεν εἰ
B δοκίμιον ἔχει τινὶ τρόπῳ πειράζεται ὁ πολύφιλος· ἐπιζητοῦντος δὲ θατέρου μαθεῖν, Ἀτυχία, εἶπεν.

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ.

α'. Νίκανδρος, εἰπόντος τινὸς ὅτι κακῶς αὐτὸν λέγουσιν οἱ Ἀργεῖοι, Οὐκοῦν, ἔφη, δίκην τίνουσι τοὺς ἀγαθοὺς κακῶς λέγοντες.

β'. Πυθομένου δέ τινος διὰ τί κομῶσι καὶ πωγωνοτροφοῦσιν, Ὅτι, ἔφη, πάντων κάλλιστος καὶ ἀδαπανώτατος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος κόσμος.

γ'. Τῶν Ἀθηναίων δὲ εἰπόντος τινὸς, Λίαν ἀντέχεσθε, ὦ Νίκανδρε, τοῦ σχολάζειν, Ἀληθίζεις, ἔφη, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς ὅπως τύχοι σπουδάζομεν.

queret, repudiabant, Ephori mulctaverunt, quod quem ob divitiarum opinionem coluiſſent, hunc, juſtitiam ejus ac probitatem paupertate arguente, ſpernerent.

NAMERTIS.

Namertes legatus aliquo miſſus cum a quodam iſthic felix prædicaretur ob multitudinem amicorum, *Habeſne*, inquit, *indicium certum quo probare poſſis quis multos habeat amicos?* Doceri ſe id poſtulanti, *Rebus*, ait, *adverſis*.

NICANDRI.

I. Nicander narrante quodam Argivos ipſi maledicere, *Pœnas ergo*, inquit, *dabunt, qui de bonis male loquantur.*

II. Quærenti cur comam et barbam alerent Spartani, reſpondit: *Quia virum et maxime ornat, et minimo ſumptu conſtat proprius ornatus.*

III. Athenienſi cuidam dicenti, Nimium, O Spartani, otio eſtis dediti: *Vera*, inquit, *dicis: at non, ut vos, in quaſcunque res operam impendimus.*

τοῖς Ὀλυμπίοις ἀνακηρυττομένου αὐτοῦ, ἐσύριττον αὐτὸν μόνοι, Τί οὖν οἴεσθε, ἔφη, τοὺς ὅτε εὖ ἔπαθον συρίττοντας, παθόντας κακῶς, ποιῆσαι;

γʹ. Πυνθανομένου δέ τινος διὰ τί Τυρταῖον τὸν ποιητὴν ἐποιήσαντο πολίτην, Ὅπως, ἔφη, μηδέποτε ξένος φαίνηται ἡμῶν ἡγεμών.

δʹ. Πρὸς δὲ τὸν ἀσθενῆ μὲν τῷ σώματι, συμβουλεύοντα δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους κατὰ γῆν καὶ θάλατταν διακινδυνεύειν, Θέλεις οὖν, ἔφη, δεῖξαι σεαυτὸν ἐκδὺς, οἷος ὢν ἡμῖν μάχεσθαι συμβουλεύεις;

εʹ. Θαυμαζόντων δέ τινων ἐν τοῖς λαφύροις τῶν βαρβάρων, τὴν πολυτέλειαν τῆς ἐσθῆτος, Κρεῖσσον, ἔφη, αὐτοὺς εἶναι πολλοῦ ἀξίους, ἢ κεκτῆσθαι πολλοῦ ἄξια.

ϛʹ. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Πλαταιαῖς κατὰ Μήδων γενομένην νίκην, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐκέλευσε τὸ προητοιμασμένον Περσικὸν δεῖπνον παραθεῖναι· τούτου δὲ θαυμαστὴν πολυ-
F τέλειαν ἔχοντος, Νὴ τοὺς θεοὺς, ἔφη, λίχνος ἦν ὁ Πέρσης, ὅτι τοσαῦτα ἔχων ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθε μάζαν.

que Olympicis ludis cum renunciaretur victor, a ſolis Athenienſibus fuiſſe exſibilatum: *Quid vero putatis*, inquit, *qui beneficio accepto me exſibilaverunt, facturos ſi lædantur?*

III. Quærenti cur Tyrtæum poetam Spartani donaſſent civitate, reſpondit: *Ne unquam videremur peregrino uſi duce.*

IV. Imbecillo homini terra marique decertandum eſſe ſuadenti, *Viſne*, inquit, *veſtibus te exuere, et oſtendere qualis homo pugnam nobis ſuadeas?*

V. Mirantibus nonnullis inter ſpolia barbarorum ſumptuoſas veſtes, dixit: *Præſtat aliquem ipſum magni eſſe pretii, quam res poſſidere pretioſas.*

VI. Poſt Plataicam de Medis victoriam, mandavit ſuis ut præparatam Perſæ cœnam ſibi apponerent: quæ cum eſſet admirabili luxu adornata, *Per deos*, inquit, *gulæ deditus fuit Perſa, qui tot rerum compos, noſtram appetiit mazam.*

ϛʹ. Τοῦ δὲ ἰατροῦ εἰπόντος αὐτῷ, Γέρων γέγονας, Διότι, εἶπεν, οὐκ ἐχρησάμην σοὶ ἰατρῷ.

ζʹ. Κράτιστον δὲ ἔλεγε τοῦτον ἰατρὸν εἶναι, τὸν μὴ κατασήποντα τοὺς ἀῤῥωστοῦντας, ἀλλὰ τάχιστα θάπτοντα.

ΠΑΙΔΑΡΗΤΟΥ.

B αʹ. Παιδάρητος, λέγοντός τινος ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ πολέμιοι, Οὐκοῦν, ἔφη, ἡμεῖς εὐκλεέστεροι ἐσόμεθα· πλείους γὰρ ἀποκτενοῦμεν.

βʹ. Ἰδὼν δέ τινα τῇ μὲν φύσει μαλακὸν, δι' ἐπιείκειαν δὲ ἐπαινούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἔφη, Οὔτε ἄνδρας γυναιξὶν ὁμοίους ὄντας ἐπαινεῖν δεῖ, οὔτε γυναῖκας ἀνδράσιν, ἐὰν μὴ τὴν γυναῖκα χρεία τις καταλάβῃ.

γʹ. Οὐκ ἐγκριθεὶς δ' εἰς τοὺς τριακοσίους, ἥτις ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσα τιμὴ τῇ τάξει ἦν, ἱλαρὸς καὶ μειδιῶν ἀπῄει· ἀνακαλεσαμένων δ' αὐτὸν τῶν Ἐφόρων καὶ πυνθανομένων διότι γελᾷ, εἶπε, Διότι συγχαίρω τῇ πόλει τριακοσίους κρείττονάς μου πολίτας
C ἐχούσῃ.

VI. Et dicenti medico, *Senex es factus:* reſpondit, *Quia te non adhibui medicum.*

VII. *Optimum* dicebat *eſſe medicum, qui ægrotos non conficeret putreſcendo, ſed quamprimum ſepeliret.*

PÆDARETI.

I. Pædaretus dicente quodam magnum eſſe hoſtium numerum: *Tanto*, inquit, *major erit noſtra gloria, quia plures interficiemus.*

II. Videns quendam natura mollem a civibus propter placidos mores laudari, dixit: *Neque viros mulierum ſimiles debere laudari, neque mulieres virorum ſimiles, niſi earum aliquis uſus incidat.*

III. Non allectus in trecentorum numerum (qui primus in civitate erat honoris gradus) hilaris ac renidens e comitiis diſceſſit: revocatuſque ab Ephoris, et cauſam riſus ſui interrogatus: *Hæc*, inquit, *eſt, quod gratulor civitati, quæ trecentos quam ego ſim meliores habet cives.*

τοῖς ἐχθροῖς συχνά, Οὐ συνίης, ἔφη, τὸ πλεῖστον καταναλίσκων τῆς τιμωρίας;

E β'. Ἐξάγοντος δ' αὐτοῦ τὸ στράτευμα ἐπὶ Μεσσήνην, ἤρετό τις, Εἰ τοῖς ἀδελφοῖς μάχεσθαι μέλλει, Οὐκ, ἔφη, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκλήρωτον τῆς χώρας βαδίζει.

γ'. Ἀργείων δὲ πάλιν μετὰ τὴν τῶν τριακοσίων μάχην ἐκ παρατάξεως πανδημεὶ κρατηθέντων, τὸν Πολύδωρον οἱ σύμμαχοι παρεκελεύοντο μὴ παρεῖναι τὸν καιρόν, ἀλλ' ἐπελθόντα τῷ τείχει τῶν πολεμίων, τὴν πόλιν αἱρεῖν· ῥᾷστον γὰρ ἔσεσθαι, τῶν μὲν ἀνδρῶν ἀπολωλότων, τῶν γυναικῶν δὲ ἀπολελειμμένων· ἔφη πρὸς αὐτούς, Τὸ μὲν ἐκ τοῦ ἴσου μαχομένων νικᾶν τοὺς ἐναντιουμένους, ἐστί μοι καλόν· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ὅρων τῆς χώρας μεμαχημένον τὴν πόλιν ἐπιθυμεῖν λαβεῖν, οὐ δίκαιον τίθεμαι εἶναι· ἦλθον F γὰρ χώραν ἀπολαβεῖν οὐ καταλαβέσθαι πόλιν.

δ'. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί Σπαρτιᾶται κατὰ πόλεμον κινδυνεύουσιν ἀνδρείως, Ὅτι, ἔφη, αἰδεῖσθαι τοὺς ἡγεμόνας ἔμαθον, οὐ φοβεῖσθαι.

lius cuidam crebro hoſtibus minanti, *Non animadvertis*, inquit, *maximam te vindictæ partem ſic inſumere?*

II. Cum exercitum duceret contra Meſſenios, interroganti cuidam an pugnare cum fratribus vellet: *Non ſane*, inquit, *ſed ad hæreditatem nondum diviſam proficiſcor.*

III. Cum Argivi poſt trecentorum pugnam denuo ingenti pugna univerſi eſſent victi, hortabantur Polydorum ſocii ne occaſionem dimitteret, ſed recta ad Argos duceret, urbemque occuparet: quod fore aiebant facillimum, viris occiſis, ſoliſque ſuperſtitibus mulieribus: reſpondit: *Collatis ſignis hoſtem ſuperare ego pulchrum judico: ut autem urbem occupem, qui de finibus dimicaverim, injuſtum mihi videtur: veni enim non urbis capiendæ, ſed agri recipiendi gratia.*

IV. Quærenti cur in bellis Spartani pericula fortiter adirent, reſpondit: *Quia revereri duces didicerunt ſuos, non metuere.*

πάντων πιόντων, αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι καταβάντα καὶ περιῤῥανάμενον, ἔτι τῶν πολεμίων παρόντων, ἐπελθεῖν, καὶ τὴν χώραν κατασχεῖν ὡς μὴ πιόντα.

ΤΗΛΕΚΡΟΥ.

B α'. Τήλεκρος πρὸς τὸν εἰπόντα ὅτι ὁ πατὴρ λέγει κακῶς αὐτὸν, Εἰ μὴ αὐτῷ, ἔφη, λεκτὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔλεγεν.

β'. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ ὅτι οὐχ ὁμοίως αὐτῷ προσφέρονται οἱ πολῖται ὡς ἐκείνῳ, ὄντι ἐκ τῶν αὐτῶν, ἀγνωμονέστερον δὲ, εἶπεν, Σὺ γὰρ οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι, ἐγὼ δέ.

γ'. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί ἔθος παρ' αὐτοῖς ἐστὶ τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις ἐξανίστασθαι, Ὅπως, ἔφη, περὶ τοὺς μὴ προσήκοντας οὕτως ἔχοντες τιμῆς, μᾶλλον τιμῶσι τοὺς γονέας.

δ'. Πυθομένου δέ τινος πόσην κέκτηται οὐσίαν; ἔφη, Οὐ πλείω τῆς ἱκανῆς.

ΧΑΡΙΛΛΟΥ.

α'. Χάριλλος ἐρωτηθεὶς διὰ τί τοὺς νόμους ὁ

B. 13. Χάριλλος] Ita libri: rectius eſt Χαρίλαος ut Xylander reddidit: et alias hoc nomen ſcribitur.

autem ſitim cohibente, omnibuſque bibentibus, poſtremum ipſum deſcendiſſe, ſeque aqua conſperſiſſe, et præſentibus adhuc hoſtibus diſceſſiſſe, ditionemque ut qui non bibiſſet, obtinuiſſe.

TELECRI.

I. Telecrus narranti, male de te loquitur pater tuus: *Non faceret*, inquit, *ſi non eſſet faciundum.*

II. Fratri querenti non eadem ſe benevolentia qua ipſum apud cives accipi, iiſdem ortum parentibus, reſpondit: *Non enim item, ut ego, ferre noſti injurias.*

III. Interrogatus cauſam conſuetudinis Spartanæ qua ſenioribus juniores aſſurgunt: reſpondit, *Eo id fieri, ut adſueti hoc honoris deferre alienis, tanto magis venerentur parentes.*

IV. Quærenti quantas poſſideret opes, reſpondit, *Non majores quam ſatis eſt.*

CHARILAI.

I. Charilaus interrogatus

Δ Ι Α Φ Ο Ρ Α
ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΛΑΚΩΣΙΝ ΑΔΟΞΩΝ
ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

α'. Σαμίων πρεσβευταῖς μακρολογοῦσιν ἔφασαν οἱ Σπαρτιᾶται, Τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμες, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμες, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι.

β'. Πρὸς Θηβαίους περί τινων ἀντιλέγοντας, Ἢ φρονεῖν, εἶπον, δεῖ ἔλασσον; ἢ δύνασθαι μεῖζον.

γ'. Λάκων ἐρωτηθεὶς δι' ἣν αἰτίαν τὰς τοῦ πώγωνος τρίχας ἐπὶ πολὺ κομώσας ἔχει, εἶπεν, Ἵνα βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω.

δ'. Ἐπαινοῦντός τινος τοὺς ἀρίστους μαχητὰς, Λάκων ἀκούσας εἶπεν, Ἐν Τροίᾳ.

ε'. Ἕτερος ἀκούσας δειπνήσαντάς τινας βιάζεσθαι πίνειν, Μὴ καὶ ἐσθίειν, εἶπε, βιάζονται;

D. 5. ΔΙΑΦΟΡΑ—ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.] Hæc inſcriptio abeſt in Ald. Baſ. Xyl. Venet. Voſſ. ubi priora ſequentibus continuantur. Adeſt in Anon. et reliquis.

SPARTANORUM ET LACONUM
APOPHTHEGMATA
OMISSIS AUCTORUM NOMINIBUS.

I. Samiorum legatis longa uſis oratione Spartani reſponderunt: *Primorum obliti ſumus: eamque ob rem poſteriora non intelleximus.*

II. Thebanis controverſiam quibuſdam de rebus moventibus dixerunt: *Aut ſubmiſſiores oportet veſtros animos, aut majorem eſſe potentiam.*

III. Laco quidam interrogatus cur tam prolixam aleret barbam, reſpondit: *Ut canos videns, nihil iis indignum in me admittam.*

IV. Laudante quodam optimos bellatores, Laco, *Ad Trojam*, ait, *fuerunt.*

V. Alius cum audiret quoſdam in cœna ſe ad bibendum invicem coegiſſe, dixit: *An etiam ad edendum?*

δ᾽ ᾔσθοντο ὅτι Χῖοι εἴησαν, ἐκήρυξαν, Τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν.

ιβ΄. Ἐπεὶ δέ τις τὰς ἀμυγδαλὰς τῶν σκληρῶν ἑώρα διπλασίω πωλουμένας, Μὴ σπάνιοι, ἔφη, οἱ λίθοι;

ιγ΄. Τίλας τις ἀηδόνα, καὶ βραχεῖαν πάνυ σάρκα εὑρὼν, εἶπε, Φωνά τυ τις ἐσσὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο.

ιδ΄. Ἰδών τις Λάκων Διογένην τὸν κύνα περιλαμβάνοντα ἀνδριάντα χάλκεον, ψύχους ὄντος σφοδροῦ, ἐπύθετο εἰ ῥιγῴη· ἀρνησαμένου δὲ, Τί οὖν, ἔφη, μέγα ποιεῖς;

ιε΄. Ὀνειδισθείς τις τῶν Μεταποντίων εἰς δειλίαν ὑπὸ
B Λάκωνος, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη, οὐκ ὀλίγα τῆς ἀλλοτρίας ἔχομεν· ὁ δὲ, Οὐ μόνον ἄρα, ἔφη, δειλοὶ, ἀλλὰ καὶ ἄδικοι ἐστέ.

ιϛ΄. Κατ᾽ ἐπιδημίαν τις ἐν Σπάρτῃ κρηπιδούμενος ὀρθὸς ἐπὶ θατέρου σκέλους, εἶπε πρὸς Λάκωνα, Οὐκ ἂν οἶμαί σε, ὦ Λάκων, τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ τοῦ ποδὸς, ὅσον ἐγὼ, στῆναι. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν, Οὐ γὰρ, ἔφη· τῶν μέντοι χηνῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὔ.

ves eſſent: ſed ubi ſenſerunt Ephori Chios eſſe, edixerunt publice, *Chiis permiſſum eſſe turpiter agere.*

XII. Quidam amygdalas duras videns duplo vendi, *An*, inquit, *rari ſunt lapides?*

XIII. Laco cum plumis luſciniam nudaſſet, ac parum admodum carnis reperiret, dixit: *Vox tu es, et nihil præterea.*

XIV. Laco Diogenem canem videns ſtatuam æneam amplecti cum eſſet acre frigus, interrogavit, *An riges?* neganti, *Quid ergo*, inquit, *magnum facis?*

XV. Laco Metapontino cuidam timiditatem objiciebat. Qui cum diceret, *Atqui multum agri alieni nos poſſidemus:* reſpondit Laco, *Ergo non timidi ſolum, ſed injuſti etiam eſtis.*

XVI. Peregrinus quidam Spartæ rectus uno ſtans in pede, Laconi dicebat: non arbitror te tamdiu uni pedi poſſe inſiſtere: reſpondit Laco: *Sane: ſed nullus eſt anſerum, qui hoc non poſſit.*

ιζ'. Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων, Ἀλλὰ νὴ τὼ Σιώ, τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι, οὔτε ἔστιν, οὔτε μή ποτε γένηται.

ιη'. Ἀργείου ποτὲ εἰπόντος, Πολλοὶ τάφοι παρ' ἡμῖν C
εἰσι Σπαρτιατῶν, Λάκων εἶπεν, Ἀλλὰ μὴν παρ' ἡμῖν Ἀργείων οὐδὲ εἷς· ὡς αὐτῶν μὲν πολλάκις Ἄργους ἐπιβεβηκότων, Ἀργείων δὲ τῆς Σπάρτης οὐδέποτε.

ιθ'. Λάκων αἰχμαλωτισθεὶς καὶ πιπρασκόμενος, τοῦ κήρυκος λέγοντος, Λάκωνα πωλῶ, ἐπεστόμισεν, εἰπών, Αἰχμάλωτον κήρυσσε.

κ'. Τῶν παρὰ Λυσιμάχῳ στρατευομένων ἐρωτηθείς τις ὑπ' αὐτοῦ μή τις τῶν εἱλώτων ἐστί, Σὺ δ' οἴει, ἔφη, ἐπὶ τὸ παρὰ σοῦ τετρώβολον Λάκωνα ἥξειν;

κα'. Ὅτε Θηβαῖοι νικήσαντες τοὺς Λάκωνας ἐν Λεύκτροις πρὸς αὐτὸν παρῆσαν τὸν Εὐρώταν, καί τις μεγαλαυχῶν εἶπε, Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ Λάκωνες; Σπαρτιάτης ληφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, Οὐ πάρεισιν, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ὑμεῖς D
δεῦρο ἤλθετε.

XVII. Jactanti ſe ob artem oratoriam, Laco quidam: *Per Caſtores*, inquit, *neque eſt, neque erit ars ulla ſine veritate.*

XVIII. Argivo dicenti apud Argos multa eſſe Spartanorum ſepulchra, reſpondit Laco: *At Spartæ Argivorum nulla ſunt:* ſignificans, Spartanos ſæpe Argos adiviſſe, Argivos Lacedæmonem nunquam.

